RITII MERLI
CORRIGIENSIS
IVRECONSVLTI

AD HERC. GONZAGAM CARD. AMPLISSIMVM

APOLOGIA IVRIS HOMALOTETICA,
cum partibus eius principalibus, & partibus innexis, quæ uersa pagina explicantur, necnon cum indice generali alphabetico ad omnia, quæ in libro continentur, ac cum particulari, summario ad partem Apologiæ, ipso ad alias partes, uti omnino non necessariò, cum index sufficiat, omisso.

Cum Budei Forensia

VIRTVTE

AFFECTVS



SVPERANTVR.

Apud Anselmum Giaccarellum Corrigiensem in patria. M D L V.

Prædicta in hoc libro habentur, simul cum cautelis quadraginta, uariis in locis adscriptis, & hæc omnia, ut plurimum, criminalia, et ciuilia tractant, quæ quatenus fieri potuit, breuiter sunt tradita, per autoritatesq; magis communiter receptas probata.

HERCVLI GONZAGÆ CARD. AMPLISS. RITIVS MERLVS Iureconſ. S. humiſſimè D.

QVICVNQVE magni alicuius, præclariq́ꝫ uiri ope commodum aliquod conſequitur Illuſt. Antiſtes, curare ſummoperè debet, ut eo munere quã maximè dignus ſit, & uideatur. Alioquì eum ſibi nullo amplius præſidio futurum iure optimo timeat. Ne igitur iſti, qui iam pridem cùm in urbe tua, tùm apud Genuẽſium Remp. tua fauente benignitate mihi delati ſunt Magiſtratus, oneri uideâtur magis, quàm honori fuiſſe, præſertim cùm nemo non norit me uix ſemeſtre tempus, quod biennio duraturum erat, Genuæ egiſſe, hac de re Apologiam Homaloteticam, ideſt æqualis argumenti conſcripſi, & ad te decoris mei præcipuũ autorem deſtinaui. Quod enim Io. Bap. Furnarium ad indigna ſupplicia damnare nolui, ægrè, & importunè dimiſſus, ac de bono (ut dicitur) opere lapidatus sũ. Ideq́ꝫ Prætori, & alii Iudici ex eadem cauſa contigit. Proh Dii boni tantas oculis hominum, si quo turbantur affectu, tenebras offundi? Iudices pulsi. Sententia à Senatu rata habita eſt. Quod certiſsimum integritatis noſtræ argumentũ, maximaq́ꝫ nobis conſolatio fuit, & eſt, eritq́ꝫ. Acopto id apud omnes homines ſimul, cum tuis erga me meritis, meaq́ꝫ ſumma in te obſeruantia perpetuo tempore teſtatum iri. Nam conſcius ſum nihil à me commiſſum, quod boni cuiuſquam offendere debeat animum: tuaq́ꝫ beneficia ſunt in me ampliſsima, neque homeo quiſquam amicior dici poteſt. Quare nec audeo uehementer à te contendere, ut hunc librum læta fronte ſuſcipias, tuoue inſcribi nomine patiaris, ne propriæ humanitatis erga me tuæ oblitus eſſe uidear. Puto ſanè, & si res eſſet minus probabilis, tamen dignitatis meæ cauſa quicquid à me profectum fuerit, iucundum tibi fore. Vale optime, ac benigniſſimè Princeps.

RINALDI CORSI IVRECONSVL. AD RITIVM Merlum Iureconſ. Carmina:

Vt ſuaui interius quanquàm prægnantia ſucco,
Sub tamen incolumi cortice Poma latent,
Donec uel cogit prælo, uel cuſpide rumpit,
Aut duris manibus comprimit Agricola,
Sic tu, dùm nihil urgeris, prædiuite ſemper
Nec quicquã es fructu cãdide amice grauis.
Quòd ſi te Liguris mente hac prudentia lædit,
Non lædit, potius teq́; , aliosq́; iuuat.

Ad Stygiam uiſa eſt quæ te re legare paludem,
Adſcripſit ſanctis ciuibus Inuidia.

Dùm tua uix patitur, cõſcẽdit ad æthera uirtus.
Obſcuro poterat quæ iacuiſſe loco.

Optimus es Iudex alijs, tibi Merle patronus,
Atque idem uindex criminis es maximi.

Dùm colis Aſtræam Riti, dignißimus, inquit,
Es patre me, Aſcanius, me Peregrinus auo.

De eodem in Ligures.

Det quos Corrigium dicundo iure peritos,
Parcius atque hos iam temnere diſce, Ligur.

Eiuſdem ad eundem:

Cognate optime, amice ſingularis,
Atque iiſdem artibus erudite mecum
Riti tu immeritum uirum profectò
Perdebas, proprium & pudorem adauctis
Quanquàm diuitijs, malè audientes
Patres ſi malè tu quoque audijſſes
Minarum pauidus, tenaxúe iuſſus
Inſani, aut rabido furore uictus.
At quò pauperior crumena manſit,
Quantum infracto animo magis fuiſti,
Tantùm te Deus ampliora ſemper
Ad laudis, decorisq́; , gloriæq́;
Fert faſtigia, & inclitos labores
E re nempè tua parare pergit,
Exempla admoneant ut iſta cunctos,
Ne ius iniuria, uel æquum iniquo
Deturpent ſcelere: OMNIBVS repoſta
Bonis nàm bona ſunt, malisq́; contrà,
Et tandem ſupereſt ubiquè Virtus.

Te præſentabunt ſcripturæ ſemper honores,
Iam caſum facito, ſummaq́; damna nihil.

Sebaſt. Corradi Regienſis de Ritio Merlo.

Si quis Ariſtidem quærit, quæritúe Metellum,
Siuè Lupum, hos nobis Ritius ipſe refert.
Hic, ne iuſtitiam iudex uiolaret, abire
Maluit ex illo, quàm retinere, gradu.
Ergo hic Corrigium cedet iam Perſis, Athenæ,
Ægyptus, Thebæ, Teucria, Creta tibi.

Eiuſdem ad Ritium Merlum

Iam Riti per te redeunt Saturnia Regna,
Aſtræam è cælo qui reuocare potes.

INDEX OMNIVM EORVM,

quæ in hoc libro continentur, & primo de litera A.

Q

r

V

FINIS INDICIS

INCIPIT APOLOGIA IVRIS HOMALOTETICA

circa eorum enarrationem, quæ priusquam ad iuris probationes fiat transitus, relatu necessaria putaui.

ILLVSTRISSIMA Dominatio excelsæ Reipublicæ ciuitatis Genuæ mihi Ritio Merlo Iuris utriusq; Doctori temporibus illis auditoratus Rotæ officium in ipsa ciuitate gerenti, ex uerbis infra proxime descriptis, quòd sibi in his, quæ ibi continentur, quid in terminis iustitiæ arbitrarer, responderem, ordinauit, & mandauit.

M D XLVIII. XIIII. Octobris.

Illustrissima Dominatio excelsæ Reipublicæ Genuensis, datis calculis per suas Illustrissimas dominationes, excepto Illustrissimo Duce, qui uotum non dedit, propter gradum, quem habet, cum infrascripto Magnifico Domino Io. Baptista, omni iure, uia, & forma, quibus melius, & ualidius potuit, & potest, decreuit, & decernit, sub iudicio dictorum calculorum, quòd procedatur contra Magnificum Dominum Io. Baptistam de Furnariis, Paulum Cattaneum Lasaneam, & Dominicum Pallauicinum de Rocca occasione contentorum in processu, & examinibus receptis per Franciscum de Montebruno Notarium, secundum formam decreti Anni M D XLVIII. die VI. Februarii recepti per nobilem Georgium Ambrosium Gentilem de Odorico Cácellariũ, cuius uigore datur forma procedendi contra culpatos de crimine læsæ Maiestatis, & in obseruatione præsentis ordinationis nomina quinq; spectabilium Auditorum Rotæ. & uniuscuiusque eorum sigillatim posita fuerunt in bireto, & ex eo sorte extractum est nomen spectabilis domini Ritii Merli, quem ad calculos elegit, & qui in societate Magnifici Prætoris, & spectabilis Iudicis Maleficiorum, iustitiam facere debeat, tàm iuxta formam legum, quàm ex forma decretorum ciuitatis, & ita decreuit, & decernit, obstantiis quibusuis in contrarium facientibus non obstantibus.

[illegible]

SVMMA PROCESSVS

eorum omnium substantialiter, super quibus proximè sequens sententia lata fuit; & infrascripta iuris Apologia describitur.

CLEMENS quidam à Clauaro Minorita anñis ab hinc duobus circa Festum Pẽtecostes Genuam uenit ab Assisio, ubi Fratres eiusdẽ ordinis Conuentum habuerant. Atq; hîc Magnificum Dominum Ioannem Baptistam Furnarium uetere sibi amicitia coniunctum alloquitur. Cui Furnarius in Galliam proficiscẽti mãdat, ut totis uiribus creditũ quoddã, in quo sibi Rex pro sale tenetur exigere cõcẽdat. Suscipit negociũ Clemens, & quãprimũ fuit in Gallia, hæc omnia renunciauit Magno Contestabili, & Cadurcorũ Domino, ac Comiti Camillo Sessio, & strenuo Ioãni Mariæ Vimercato. Cumq; his multa de Furnarii laude disseruit, nec Contestabilem, nisi facilem ad uota, repperit. Post hæc breui Genuam reuersus est. Hæc in suis examinibus dicit Clemens.

Vbi uerò Genuam rediit, statim Furnarium certiorem reddidit se à Cõtestabile missum, non aliam ob causam, nisi ut ei exponeret, quòd si uel tumultus, uel quacunque alia occasione in ea urbe Regi rem gratam facturum se posse confideret, quicquid auxilii militum, aut pecuniæ peteret, protinus à Contestabile sibi decerneretur, darenturq; literæ ad Comitem Tendæ, qui eò cum classe aduentaret, necnon ad Dominum Centali, unde duo millia peditum statim mitterentur. Pollicitus est præterea idem Clemens nomine Contestabilis Imperium Genuense Furnario, si id ipse uellet, modò à Christianissimo Rege non deficeret. Atq; adiecit Regem illi semper præsidio futurum. Quòd si à dominãdi libidine auersus esset eius animus, quemcunque ipse optaret, Genuæ Rex præficeret. Sin autem Furnarius Regi ciuitatem libere concedere mallet, omnes à Rege gradus, dignitates, & prouisiones obtinere pos-

fet pro se, filiis, & etiam aliis personis, quos & quas petere sciret, quodque is particulariter Regio equestri ordine honoraretur. Prædicta omnia attestatur Clemens. Furnarius uero de his in primo examine dubio se loquitur, in secundo est concors, in tertio nonnulla adiicit, quæ aliquantulum differunt, in sexto cum Clemente conuenit.

His ita Furnario à Clemente propositis, Furnarius in secundo examine, se respondisse, ut infra, testatur, uidelicet. Viuente Principe Auria, qui hanc urbem in libertatem adseruit, nil innouandum censeo tùm quod res ipsa difficilis esset, tùm quod Princeps à me magnopere colitur. Prætereà, nisi uotis fortuna responderit, mihi domuique meæ fortunarum, & dignitatis, imminet periculum. At si Principem è terris excedere, uel turbas oriri ciuiles contigerit, non deero, quin simul cum amicis Regi studeam. Quòd uerò mihi principatus, meisque omnibus amplissimi in hac urbe à Rege promittuntur honores, hoc tum in eius arbitrium conferrem. Repetens hic, & ubique me nunquam aliquid in Reip. detrimentum admissurum. Et quæcunque dixi, uolo ita capi, ut ne Resp. inde quoquam afficiatur incommodo. Tum Clemens id iustum honestumque esse planè respondit.

Hæc à Clemente firmantur. A Furnario minus explicitè, ut qui semper dicat nunquam se quicquam cogitasse, quòd in detrimento Reip. uergere posset.

Clemens deindè in Galliam reuersus Contestabili literas à Furnario reddidit, quibus id solùm petebat, ut creditum salis à Maiestate Regia sibi exolueretur. Neque his literis Contestabilis quicquam rescripsit. Clementi tantùm mandauit, ut in bona spe suum creditum exigendi Furnarium confirmaret. Posteà diebus aliquot Quadragesimæ exactis eundem Clementem supradictus Contestabilis denuo mittit Genuam; qui reditus sui culpam hoc nomine prætexuit, quòd Rex instrui classem à Principe resciuisset, unde Regi suborta erat suspitio, quòd Princeps prouinciam nauali exercitu inuadere, Cæsarique Genuam omnino subiicere cogitaret. Quorum utrumque Regiis consiliis maximè aduersaretur. Ideoque Regem uehementer cupere, ut antè id aliquid noui Genuæ excitetur, cui Rex ipse rei totus incumbet.

In primo, tertio, & quarto examine Furnarius prædicta narrat, atque eadem à Clemente in suis examinibus confirmantur.

Istis sic per Clementem Furnario expositis, Furnarius dixit se super his cogitasse, deq; illis cum amicis loquutum fuisse, seque, & nisi Rex suam fefellerit fidem, se promissa seruaturum.

Hoc Clemens ita simpliciter responsum per Furnarium fuisse ait, sed addit Furnarius se reseruasse nõ facturũ se seruicium cum damno Reipub. Et replicanti Clementi effectibus, & non uerbis hæc esse tractanda, & quòd nec Rex, nec Contestabilis ad denariorum præstationem, uel alterius rei ducerentur, nisi antea, quid uellet, uel posset Furnarius intelligerent, Respõdit Furnarius se tunc ad eã rem tẽpus non habere, sed expectandam occasionẽ esse, quo casu, modo patriæ damnum non contingeret, ipse Regis, & Contestabilis desideriis inseruire non deesset. Cui Clemens dixit: triremes Galliæ, & gentes domini Centali in promptu futuras, necnon omnia, quæ in ea re necessaria crederetur. Ob tamen huiusmodi uerba certus ordo firmatus non fuit, sed Furnarius adhuc instanter requirebat Clemẽtem, ut cum Rege crediti sui salis solutionem uellet procurare.

In his, ut suprà. Furnarius, & Clemens sunt concordes, Et dicente Clemente nullam moram esse interponendam, cùm interim Imperiales medio cuiusdam, ut uulgò dicitur, Belluardo, qui erat in parte, quæ dicitur in Luculi, & cũ triremiũ, de quibus iam dixerat, auxilio eos præuenire possent, respondit Furnarius, uanum esse ista timere, & quod poterat Clemens in Galliam reuerti, eosque consolari, quod ciuitas Genuæ, neque in Hispanorum, neq; in aliorum potestatem uenire nolebat, & quod ipse (reseruato semper, ne damnũ inde Reipub. sequeretur) cæteris casibus succedente occasione (cui tamẽ fenestram aperire nunquam intendebat) cum amicis sẽp Regi obtemperaret. Hæc Furnarius in secundo examine, & partim in aliis.

Addens, quòd habitis huiusmodi sermonibus suasu Clementis, Regi, & Contestabili scripsit rogans utrunque pro credito suo salis, quod consequi desiderabat, seque offerens in rebus duntaxat honestis, & sine præiudicio Reipublicæ. Nec se unquam in aliqua re adstringens. & quòd Clemens circa harum literarum tenorem dixerat Furnarium loqui, ut quilibet uir probus faceret, cum aduersus Rempublicam suam quicquam tentare nollet, & quòd hoc Rex ipse laudabat.

Hæc in quinto examine à Furnario dicta habentur, nec ab his in suis examinibus differt Clemens.

Præterea q; dum simul loquerentur Furnarius, & Clemens, Furnario Clemens dixerat, Regiam Maiestatem quandoque cogitasse conuenire cum his, qui uulgò dicebantur, Capellazzi, inter quos nominauit dominum Barnabam Adurnum, sed replicauit Furnarius aliũ nunc esse uiuendi modũ, cumq; Clemens Furnarium interrogaret, num rectè sibi uideretur, si Rex domino Barnabæ scriberet? Furnarius negauit, ut qui speraret dominum Barnabam offerente sese occasione ad Regis obsequium præstò esse. Declarauit tamen Furnarius hoc se dixisse, ut crederetur, non quod ipse crederet.

Hæc sunt in secundo examine Furnarii, quæ à Clemente, exceptis quibusdam

busdam excusationibus, confirmantur.
Post hæc inter prænominatos datus est ordo, cui literæ essent scribendæ sub nomine negocii crediti salis, & tunc Clemens in Galliã est reuersus, & omnes sermones cum Furnario habitos Contestabili, à quo libentissime fuit auditus, retulit, qui Contestabilis cum hac de causa Regem adisset, Regis nomine Clementi gratias egit dicens Maiestatem Regiam Furnarium, & Clementem recognituram.
Hæc Clemens in suis examinibus. Intereaque Furnarius Clementi plures literas de salis negocio scribebat, atque inter cætera eum monebat iam esse inchoandum, intelligendo per hæc uerba, quòd sibi mitterentur denarii, & quòd illud inchoare iuxta eius mentem erat circa exbursationem denariorum, quorum erat creditor, ut non existimarent unam solam exbursatiom sufficere, & admonebat id cito fiendum, quoniam res præsentes aliquid noui innuere niderentur. Sed hoc eo aio scribebat, ut ad exbursationem denariorum eos magis diligentes redderet, & cùm intellectus literarum duplici sensu accipi posset, euenit, ut Clemens non ad mentem Furnarii ipsa uerba, quòd esset inchoandi tempus, intellexerit. Verùm hæc erat sua intentio, & qui aliter credebat, cum male intelligebat.
Hæc per Furnarium in quarto examine dicuntur, in quibus, exceptis nonnullis excusationibus, conuenit Clemens.
Prædictas literas Clemens Contestabili ostendit, qui Clementi dixit necesse esse, ut cito Genuam reuerteretur, Furnarioque diceret, ut ad se Nuncium cum defuncti Regis literis de sale scriptis destinaret, atque de his, quæ necessaria essent, ipsum Contestabilem certiorem redderet, quoniam de denariis prouideri curaret, Comitemque Tendæ, & dominum Centali moneret. Sicque factum est, nam Rex, & Contestabilis domino Centali literas scripserunt. Existimat autem Regem scripsisse de iis, quæ fieri oportebat, quod ad negocium Genuæ, Contestabilem uero ad Clementis fauorem. & præter has literas dicto Clementi datæ etiam fuerunt aliæ duæ literæ, altera à Rege ad Furnariũ, altera ad eundem à Contestabile. Cumque his literis Clemens Genuam rediens captus fuit.
Hæc omnia in examinibus Clementis habentur. Furnarius in diuersis examinibus sibi pro tali imputatione factis dicit, & semper reperit se nunquam aliquid dixisse, uel permisisse in Reipublicæ præiudicium. Imo si quid promittebat, illud se facturum cogitabat ubi necessitas esset urbi dare se uel Hispanis, uel Gallis. Tunc enim Gallis se fauturum sciebat. Neque etiam id eo casu obseruasset, tum quod uideat expedire Ciuitati, ut Cæsari sit deuota, tum propter obligationem, qua ipsi Cæsari deuincitur, & in effectu Furnarius concludit, quòd cùm Regis Franciæ notabilis pecuniarum summæ ex causa salis esset creditor, eam arbitratus est modo prædicto se facilé consequi posse, & quanuis Clementem audiuet præmissa sibi Regio nomine exponentem, eique responde-

ret, eius tamen intentio semper recta, & a per duellionis crimine aliena fuit, nec aliud cogitauit, nisi pecuniam sibi debitam exigere, quod factu difficile fore uidebat. atque hoc credidit salua conscientia posse fieere. Et Clementis omnia uerba una aure accepit, altera dimisit. Oratorique Cæsaris actionem, quam aduersus Regem hac de causa habebat, patefecit non sine Clementis scientia, cui prius mentem suam declarauerat, scilicet se uelle id oratori aperire, quo nulla unquam aduersum se oriri suspitio posset.

Atque hæc in effectu est substantia omnium examinum Furnarii, & Clementis, in qua nihil necessarium a nobis prætermissum fuit. Illud uero præcipue non ignorandum, quod Furnarius semel, atque iterum interrogatus a Magnifico Domino Petro Fuscherio Mutinensi Genuæ tunc Prætore optime merito respondit eo se animo semper fuisse, ut nihil eorum, quæ Regi promittebat, obseruaret, qualitercunque res se haberentur.

Fuitque totus processus Furnarii coram dicto Magnifico. D. Præt. & maleficiorum Iudice absolutus, antequam senatus me, qui Rotæ etiam Auditor, tertium illis iudicem adiungeret. Et habita est quæstio de ipso Furnario cum tormentis a dictis iudicibus, ubi cum ad ueritatem dicendam hortati iam fuissent, atque illi significassent demandatum sibi ab Illustriss. Dominatione fuisse, ut uerum ab eo, etiam cũ tormentis, elicerent. Examinatus est autem septies, & in sexto examine tortus. Cumque uidisset Prætor eum nullo modo adduci, ut prioribus dictis quicquam adderet, instrumenta, quibus tortus fuerat, amoueri iussit satis quæstionis habitum esse iudicans.

Post hæc Procurator Furnarii in termino defensionis produxit quandã scripturam petens Furnarium absolui. Necnon ad abundantem cautelam produxit fidem, seu copiam priuilegii Francisci olim Regis Francorum circa partitum salis de soluendo septem pro centenario eius, qđ extraheretur per Regiam curiam ex beneficio salis, seu salinarum ex Britaniá citeriore, opera, & inuentione Augustini Furnarii quondam fratris D. Io. Bap. asserens priuilegium autenticum esse penes Illustriss. Dominationem Genuæ.

Deinde idem procurator obtulit plures literas a Domino Io. Bapt. ad Cadurcorum Dominum scriptas, quibus huius nominis exactionem multis illi preceibus commendabat.

Postea dictus procurator fecit articulos de bona fama, integritate, religione, honorum contemptu, mala corporis habitudine, amore in patriam, studio in Cæsarem, natura non inuida, sed benefica, & de aliis huiusmodi qualitatibus Furnarii. Neque tantum articulos dedit, sed etiam per quindecim testes omni exceptione maiores in integrum fere probauit.

Ex parte uero Fisci oppositum fuit prædictæ scripturæ, maxime quo ad merita respectu exhibitorum. Deinde olim Cæsaris Fregosii ad Osta

uianum filium Furnarii literas, pacta quædam inter Com. Franciscum Picum, & Furnarium ipsum super quodam matrimonio inita, preces a' Furnario oblatas Imperatori, & uniuersa denique acta præsentis cause produxit.

At procurator Furnarii replicauit non nocere opposita, quoniam Furnarius ita confessus est, ut docuerit se iustis causis impulsum fuisse ad credendum, quo'd sit creditor Regis Franciæ occasione salis. Quod uerum sit, nec'ne, disputandum erat in alio iudicio. Quo'd uero attinet ad literas Fregosii, replicauit ex illis nil aliud, quàm bonam Furnarii mentem deprehendi, qui uetuit filium sub Fregosio militare. Quo' ad pacta cum Pico celebrata, respondit ea demonstrare Furnarium unum fuisse ex principalibus Antoniotti Adurni, Maiestatisq; Cæsareæ summopere' studiosum. Vnde sequitur uerisimile non esse, quo'd Furnarius nunc ad Regem Gallorum deficere uoluisset, cum id nunquam, ubi maxime' poterat, tentasset. Quo' ad preces dixit ostendi ex illis magnam Furnarii fidem de Cæsare, neque tamen ullum præmium poposcerat, & si nulla lex id prohibeat, imo plures quotidie ciues ab Imperatore talia impetrant. Postremo' idé procurator exhibuit cessionem prætensionis salis factam a' Benedicto Furnario ipsi D. Io. Bap. eius fratri.

Extant præterea in actis quædam altercationes procuratorum Fisci, & eiusdem D. Io. Bap. quæ, quo'd nullius sint momenti, consulto' a' me prætermittuntur. Satis sit autem prædicta retulisse, quæ profecto' sunt omnia substantialia huius processus, nec rationes ullæ pro Fisco facientes omisse fuere.

Super talibus autem nos Prætor, Iudex Maleficiorum, & ego Rotæ Auditor, iudexq; delegatus matura præmissa deliberatione sic de Furnario iudicauimus.

TENOR SENTENTIÆ:

QVIA imprimis declaramus ipsum Io. Bap. fore, & esse priuandum omni honore, & cingulo dignitatis, pro ut eum priuamus, ac priuatum esse declaramus. pariterq; eundem relegamus perpetuo' in locū p Illustrisimam Dominationem deputandum, cum hoc tamen, quo'd non debeat recedere a' carceribus, in quibus est inclusus, nisi prius data nomine eius idonea fideiussione, seu facta idonea promissione in solenni forma, de scutis decem millibus de eundo ad prædictum locum destinatum, ac de ibidem stando, & non recedendo, ipsius uita durante, ac etiam de seruandis omnibus in præsenti sententia contentis. Declarantes, & ordinantes, quo'd D. Io. Bap. non debeat, quouis modo stare, nec se firmare in præsenti ciuitate, neque in eius districtu, sed exeundo a' carceribus, statim recta uia pergere debeat ad locum prædictum, & quamprimùm transmittere fidem de accessu, qui si hanc nostram sententiam, & omnia contenta in ea no

obseruauerit, tali casu ex nunc, prout ex tunc, ultra prædictam pœnam, fideiussionem, seu promissionem, declaramus ipsum Io. Bap. Rebellem. Et si ullo unquam tempore peruenerit in fortias Illustriss. D. caput eidem a spatulis amputetur. Atque hæc dicimus maxime, ut prædicta cæteris in exemplum transeant.

SEQVITVR

SEQVITVR APOLOGIA IVRIS .H. IN HIS QVÆ ILLIVS RESPECTV DE iure probantur.

1 Verba consulentis, in dubio censenda sunt dicta in bonam partem.
2 Consultor criminis, proprie dicitur ille, qui consulit aliquem super crimine.
3 Consultus dicitur de crimine, qui mouetur tanto magis ex eo ad id faciendum.
4 Consilium in malum, quando intelligatur datum.
5 Consilium est adiutorium, & confortatio secundum Bar.
6 Pœna quæ imponitur pro consilio, quādo iponatur, licet cōsiliū nō sit sequutū
7 Dolus non reprobatus, dicitur dolus bonus.
8 Dollus allegatus, ab allegante debet probari.
9 Peccat mortaliter, qui non seruat præceptum legis.
10 Dolosus non dicitur, qui simpliciter legi contrauenit.
11 Qualitas requisita per legem, debet probari.
12 Respublica consistit in unione ciuium concorditer uiuentium.
13 Actus repugnans, etiam ab omnium cōditore non producitur.
14 Obligatio non præsumitur facta in casu impossibili:
15 Ciues discordes, cum sua discordia perdunt nomen Reipublicæ.
16 Casus non comprehenditur à uerbis sibi non conuenientibus.
17 Protestatio contraria actui, remouet uoluntatem ab actu.
18 Verba decreti, strictè accipiuntur.
19 Verbum potest, intelligitur, quando exprimitur à promittente, seu se obligante, si illud commode poterit facere.
20 Testimonium socij criminis, probat in crimine lese maiestatis.
21 Testes singulares, probant in crimine lese maiestatis.
22 Testis unus, non sufficit ad perfectè probandum:
23 Testimonium unius in crimine lese maiestatis, non sufficit ad condemnadum.
24 Mulier facit indicium in crimine lese maiestatis, quòd in cæteris criminibus non sufficeret.
25 Iudex laicus, in clericum, iurisdictionem non exercet.
26 Iudex non habet iurisdictionē pro delicto, extra illius magistratus officium commisso.
27 Assertio iurisdictionis competentis, nō probat, etiam in cardinali est dubium.
28 Assertio competentis iurisdictionis per asserentē, de se facta, illam non probat, nisi effluxum fuerit decennium.
29 Crimen lese maiestatis non committitur, nisi per subditum erga suum superiorem.
30 Dictum testis coram in competenti Iudice, legitimè non probat.
31 Varietas testis, reddit testimonium non fide dignum.
32 Confessio facta in tormentorum respectu uere probationis parum ualet.
33 Verba ambigua, declaranda sunt per proferentem.
34 Animus; per testes probari non potest.
35 Natura rei; super qua uerbum est prolatum, demonstrat qualiter intelligendum sit illud uerbum.
36 Obscuritas in uerbis recipit lucē ab intelligentia quā in his sumerēt sapiētes.
37 Sapiens, rem intelligit, sicut est intelligenda.
38 Principium denotat tractū successiuū.
39 Argumentū est ualidū ab experientia.
40 Verbum quod delictum, & non delictum importare potest; pro eo quod non significet delictum, accipi debet.
41 Nuntius est, qui uerba concepit in per-

90 Res constare dicitur, quando concludẽter constat.
91 Probatio per testes, uel per instrumenta dicitur facere rem concludenter cõstare
92 Testis, qui ad plenum de re non deponit etiam in his, quæ deponit, non probat.
93 Testes, quando sunt reducendi ad concordiam, ut probent.
94 Reiteratio delicti, auget pœnam.
95 Oratio uniuersalis, & indefinita, equipollent, quando indefinita, est à lege prolata.
96 Crimen in faciendo, est diuersum à crimine in omittendo.
97 Mores boni à natura aquisiti, non sunt mutabiles.
98 Præsumptio non delicti sequitur, quando quis potest, & non uult aufugere.
99 Crimẽ lesæ maiestatis, ut uideatur eẽ cõmissũ inspicitur, cũ putatus de se facere potuisset.
100 Negatiua probatio, uidelicet quòd quis non fecerit, ex quibus dicatur probari.
101 Cõiectura p̃ cõiecturã cõtrariã eliditur.
102 Coniectura, quæ est exclusiua delicti sẽper potius debet attendi, quàm illa, quæ est delicti inclusiua.
103 Cõiuratio, & cõspiratio, quasi idẽ sunt.
104 Conspiratio, dicitur à con & spiritu.
105 Conspiratio dicitur illa, quæ est in malũ
106 Coniuratio est plurium in unum iuratio
107 Tratatus nõ ĩ uerbis, sed ĩ facto cõsistit.
108 Tractatus in crimine lesæ maiestatis, quando dicatur interuenisse.
109 Tractatus in atrocissimis, quomodo pro facto, illum habent doctores.
110 Pœna imposita tractatui est exequẽda si actus sit consumatus in genere suo.
111 Tractatus secundum Abb. est discussio circa rem fiendam.
112 Actus remoti, non puniũtur in tractatu.
113 Dictio con, quid significet.
114 Conscius quis dicatur.
115 Cõscius debet scire rẽ cũ omnibus qualitatibus suis, sicut sciẽs, ut uere dicatur conscius.
116 Scientia proprie est uerorum.
117 Testis non probat, si quæ testificat, proprio sensu non percepit.
118 Conatus non punitur, si effectus, uerisimiliter non nocuisset.
119 Pœna quæ imponitur ipso facto, intelligitur imponi facto consummato.
110 Dispositio legis, cadit in eo, in quẽ uerba cadunt, seu conueniunt.
121 Tractatus nõ dicitur ab eo fieri, qui nõ habet determinatam uolũtatẽ tractãdi.
122 Cogitatio sola, non est punibilis.
123 Arbitrium est iudicis, quòd non est à lege certo modo determinatum.
124 Copulata simul in dispositiõe, debẽt uerificari, ut dispositio locum habeat.
125 Qualitas in impositione pœnæ, debet uerificari, si lex pro delicto habeat, id q. cũ quadam qualitate sit commissum.
126 Verbum potest, intelligitur de potentia uerosimili.
127 Statutũ si q. extet, q. uerba intelligãtur prout iacent, qũo hoc sit intelligendũ.
128 Agumẽtũ nõ recipit, q. existẽtia caret.
129 Taxatio pœnæ, pertinet ad iudicẽ, quando uerba legis remittunt. pœnam legis arbitrio.
130 Pœna non debet excedere grauitatem delicti.
131 Pœna mitior, in dubio debet inferri.
132 Iudex in arbitrarijs, non debet esse nimium gratiosus.
133 Pœna mitior, dicitur esse pœna media.
133 Mors omnia incidit.
135 Exilium perpetuum, q. perdere faciat.
136 Crimẽ lesæ maiestatis cõmittitur, quãdo quis tractat de papatu in uita papæ.
137 Successor, & antecessor, unus, & idem uidetur.
138 Lex ciuilis sequitur canonicam, in non prouisis per dictam ciuilem.
139 Lex canonica, & ciuilis, accommodant se seruitijs reciprocis.
140 Crimen lesæ maiestatis non committitur, aduersus eos, qui propter se principaliter iurisdictionem exercent.
141 Iurista tacet, ubi legẽ non habet.
141 Anima Bartoli propter quid reputetur, quòd excrucietur in inferno.
143 Casus non habetur decisus pro opiniõe Bart. quæ habet, q. cõscius criminis lesæ maiestatis, cũ faciẽte à pari punitur.

SEQVITVR APOLOGIA IVRIS. H. in his, quæ illius respectu de iure probantur.

IN Excellentissima ciuitate Genuæ, priusquam præscriptæ sententiæ, casus contingeret, ordine superiorum, publice proclamatum decretum unum reperiebatur, quod non ad aliud directum erat, nisi ad pœnæ impositionem eorum, qui contra rempublicam, aliquid pertractassent. Hocq; est illud decretum, de quo uerba fiunt in suprapositio tenore delegatiõis causæ, quo'd in effectu, in quantum pertineat ad ipsius causæ iudicium, quatuor in se capita principalia continet, primum caput est circa illum, qui inierit consilium dolose contra Rempublicam, &c.

Secundum caput, est circa illum, qui literas, nuntium, uel ambasciatam dolose in detrimentum status reipublicæ scripserit, & miserit, &c.

Tertium caput, est circa illum, qui alicuius conspirationis, coniurationis, aut tractatus contra rempublicam, & eius statum facte, conscius fuerit, & non reuelauerit.

Quartum caput, est circa illum, qui contra statum reipublicæ, literas, uel nuntium, uel ambasciatam, ab hostibus reipublicæ, uel aliqua alia persona, quæ contra Reipublicæ statum, tractare, uel machinare uellet, reciperet, et quod ipse recipiens, ante receptionem nihil sciret, uel postea non adhæreret, &c.

In primis tribus capitibus, si quis delinquat, decretum pœna mortis eum puniendum esse ordinat. Sed in quarto capite, pœna est huiusmodi, uidelicet, quod qui recepit nuncium &c. teneatur de hoc statim noticiam dare, sub pœna exilii perpetui, uel etiam alia corporali, uel pecuniaria, usque ad ultimum supplicium inclusiue, secundum rei importantiam, & periculum quod potuisset incurri ex non manifestatione, &c.

Horum igitur capitum particulariter ex ordine qualitates, conditionesq; respiciens. Primumq;, quæ sunt primi capitis considerans, Magnificum Dominum Io. Baptistam de Furnariis in his non incurrisse existimaui, quia quo'd inierit consilium dolose, uel alia, quæ in dicto capite continentur, fecerit, in processu non constat, tantum de consilio dubitari potest in illis uerbis, quæ ab ipso de Furnariis Fratri Clementi, post secundum reditum ipsius Fratris ex Gallia, dicta fuere, uidelicet, quod tempus ad id tunc non erat pertinens, sed occasionem expectandam esse. ¶Et etiam de consilio dubitari potest in illo loco, quando Frater Clemens Furnarium interrogauit an ex proposito esse cre-

deret Regem Domino Barnabe ſcribere. Et Furnarius negatiue reſpon
didit. Dixitq́ ſe ſperare Dominum Barnabam Regis obſequio (cum o-
porteret) præſto eſſe. Ad hoc dico quod quando hæc uerba acciperē-
tur per modum conſilii, tamen ſic ad bonum conſilium, quàm ad ma-
lū trahi poſſūt, quia potuit Furnarius id dixiſſe, ut traheret in moras re-
quiſitionē ſibi ex parte Regis factam, illoq́ interim cōſequi præſſionē
ſalis, ſeu quid occaſiōe ſalis ſe habiturū exiſtimabat, uel ēt quia cognoſce
ret ad rem per agendam tempus minime opportunum, & quod eſſet
1 expediens diferre † Sed ubi conſilium, tam ad bonum, quàm ad malū,
porrigi poteſt, in dubio uerba conſulentis, in bonam partem dicta fuiſ
ſe ſemper cenſendum eſt ex Bal. l. i. col. 4. uerſ. & nota quod con-
ſilium. C. de ſeruis fugi. per Alex. in conſi. 128. incipiente, quoniam
abunde. uol. 4. per Feli. in cap. auditis, nume. 30. de præſcrip. & per
Deci. in conſi. 189. num. 5. & ita communiter tenetur. ¶ Poteſt etiā
dici quod prædicta uerba, non ſonabant in uim conſilii, quoniam
Frater Clemens, non de conſilio Magnificum D. de Fornariis requiſi-
erat, ſed tantum expoſuit ſibi intentionem Conteſtabilis, & ille reſpō
didit, ut ſupra, ſed ſi quando aliquis cum alio colloquitur, reſponſio
pro conſilio acciperetur, omnes quippe ſermones inſimul facti diceren
tur conſilia, quod tamen abſurdum eſt credere. ¶ Item ſi recte aduerti
2 mus † Conſultor criminis, proprie dicitur ille, qui conſuluit aliquem
ſuper crimine, ut per Card. in cap. i. de foro competen. nume. 24.
3 † & conſulit eum, qui crimen facturus non erat, quod deinde facere in
tendit, uel ſi facturus erat, tantomagis per conſilium receptum, factu-
rus eſt, ut eſt tex. quem ibi allegat Card. in cap. nuper § in ſecunda, de
ſenten. excom. quem textum iuncta gloſa ibi, ſic declarat, & intelli-
git. Abb. & Io. And. Sed prædictus Frater Clemens. Nec ante, nec
poſt uerba habita cum Furnario contra rempublicam, erat crimen com
miſſurus, quod ipſe diceret, ſed ſolum expoſuerat alterius intentionē,
qui hoc intendebat, uidelicet Conteſtabilis. ¶ Patet etiam hæc eſſe ue-
4 ra, † quia ille conſilium dare dicitur, qui aliquem conſilio perſuadet,
& impellit, atque inſtruit ad crimen faciendum, ut per Cepo. in conſ.
5 27. num. 17. † quod conſilium eſt quoddam aductorium, & quædam
6 confortatio, ut per Bar. † in l. in furti § ope. num. 7. ff. de fur. Sed
quod Furnarius impulerit, inſtruxerit, ac exhortatus fuerit Conteſtabi
lem, dici nō poteſt, quia nō apparet ipſum cum eo alloquutum fuiſſe, &
poſito quod alloqui cum Fratre Clemente, perinde eſſet, ac ſi alloqu-
tus fuiſſet cum Conteſtabile, quod non eſt dicendum, uidetur tamen
quod non tantum feciſſe ea omnia uerſus ipſum, quæ requirūtur in co
gnoſcendo, quod quis alteri dederit conſilium, ſed etiam nec partem
minimam eius fecit. Imo totum contrarium ſibi dixit, in illis uerbis,
in quibus dubitari poteſt, an ſtent in uim conſilii, cum Frater Clemēs
diceret ex parte Conteſtabilis, Regiam Maieſtatem tumultus in ciuita-
te Genuæ ſucceſſuros deſiderare, maxime Principe Auria abſente, quē

Principē Rex timebat, ne uellet Imperatorē Genuæ dominū fieri, quæ,
omnia uerba, ex se, Regis accensam uoluntatē, quod res deduceretur
ad effectum denotabant. ¶ Verba uero Furnarii uersus dictum Fratrem
Clementē huiusmodi propositis, non solum fuere in modum augendi,
dictam uoluntatem, sic rei exeqnendæ cupidam, & impellendi, ac ex-
hortandi, sed imo eam remouendi, uel saltem in moram trahendi, non
solum in prima parte uerborum, sed & in secunda, dum dixit non es-
se scribendum domino Barnabe, & tamen uerisimile est Regem facili-
us peruenisse ad rei effectum, cum plures præperatos ad hoc habuisset.
& licet posset dici, quod quando consilium consideratur ex se, ut in
decreto cōsideratur, nō expectetur, † quod cōsiliū sequutū sit super quo 6
consilium datum fuit, quominus quis cadat in pœnam, ut per Bar. in. l.
non solum §. si mandato, in fi. ff. de iniur. & per Dec. in. l. consilii. ff. de re.
iur. & est textus quem allegat Bar. in d. §. si mandato. in. l. i. in §. persua-
dere. ff. de seruo corru. tamē hoc nihil refert in casu præsenti, quia credo
dictū de Furnariis nō esse puniēdū, non solū, quia non sit sequutus effec-
tus cōsilii, & sic delictum, sed etiam, quia consilium non interuenit, cum
impulsio, persuasio, atq; instructio, ex parte dicti de Furnariis non inter-
uenerit, quæ sunt ea, quæ consilium datum esse demonstrant, ut supra di-
xi. et est textus clarus in. l. in furti §. consilium. ff. de furtis, fortius
dico sola persuasio, instructio, &c. non facit censeri aliquem alium
consuluisse, sed oportet, quod talis persuasio cadat in delictum, si ue-
ro quis dat consilium de eo, quod non cadit in delictum, tunc sumus
in illa distinctione, an dolo facit, uel nē, ut per Bar. in d. l. non solū
§. si mandato, num. 18. cum igitur uerba dicti de Furnariis erant in re
differenda, non potest dici, quod continerent persuasionem delicti fiē-
di, sed imo non fiendi, non potest etiam dici, quod dolo sic diceren-
tur, † quia dolus, est calliditas in his quæ tendunt in delictum, sed si 7
ad alium finem, quàm delicti, cum astutia aliquid dicatur, uel fiat, ille
non dicitur dolus, nisi bonus, qui non est reprobatus, ut dicit Pet. in
trac. art. noto in tit. de exce. doli. num. 3. ¶ † Et qui uellet dicere 8
dolum interuenisse, illud probare deberet. l. quotiens §. qui dolum.
ff. de proba. l. cum prætor §. marcellus. ff. de iudi. Nec dicatur, quod
dolus ex hoc apparet interuenisse, quia dictus de Furnariis fecit cōtra
præceptum legis, † quæ prohibet consilium dari cōtra rempublicam, ex 9
his, quæ dicit Bar. in. l. si quis pro eo. num. 9. ff. de fideiuss. ubi in-
quit, quod qui facit contra præceptum legis, peccat mortaliter, quia
primo dico, quod opinio Bartoli, est communiter reprobata, ut atte-
statur Paul. de Cast. in consi. 191. incipiente, cum tempore contractus,
col. fin. Et est in terminis decisio Cep. in delictis, † quod qui simpli- 10
citer facit contra legem, non dicatur dolosus, in consi. 31. num. 8. ubi
dicit, quod si extat statutum, quod occidens debeat occidi, intelligitur
tamen, si dolose occiderit, non per culpam, etiam latam, hocmet cen-
suit Bal. in. l. data opera, in 5. col. cap. qui accu. non post, & Paul.

de Cast. in. l. & si seuerior. C. de his, qui notan. infam. sed quod de hac re dubitandum est, cum decretum in dicto primo capite, non simpliciter dicat, si quis dederit consilium contra rempublicam, sed dicat consilium dolosum, ad instar, l. i. ff. ad leg. iur. maie. ibi is cuius
11 opera, dolo malo consilium initum fuerit, † nam qualitates iste, quod dolo & contra rempublicam, &c. requisite, tàm ex lege communi, quàm decreto, per allegantem debent probari, ut per Deci. in consi. 410. num. 29. ¶ Considerandum est etiam, quod omnibus illis uicibus, quibus insimul colloquuti sunt ille de Furnariis, & Frater Clemēs ipsi Fratri dictus de Furnariis conditionaliter, & cum qualitate, seu protestatione respondit, uidelicet, sine praeiudicio reipublicae, ideo dico, quod cum dictus de Furnariis, nollet exequi uoluntatem Regis, nisi quando reipublicae non fieret praeiudicium, merito suum consilium, si quod consilium erat, non poterat esse consilium contra republicā,
12 quia uoluntas non poterat exequi, nisi extincta republica. † cum respublica consistat in unione ciuium concorditer in libertate uiuentium, iuxta tradita, per Soci. in consi. 121. num. 4. & 5. uol. 4. & uoluntas Regis erat dominari, & sic subicere ciues, quae quidem in tantum repugnant, ut simul stare non possint, † & cum non tantum homines, sed nec Deus ipse, actum repugnantem in esse producere potest, ut inquit Ang. in consi. 187. incip. Hic punctus prima fronte, circa finem, non est dubium Furnarium eo modo rem non esse facturum, unde necessario dicendum est, quod uoluerit dicere, se obsequio Regis paratum extincta republica, quia aliter intelligere praesuponeretur eum
14 uoluisse promittere, & se obligare in casu impossibili, † sed in casu impossibili non uidetur quis habuisse animum se obligandi, l. non solum. ff. de actio. & oblig. l. cum haeres §. i. ff. de statuli. Deci. in l. impossibilium. ff. de reg. iur. quare sic intelligendo, si quae possent annotari dicta per Furnarium per modum consilii, istud non esset consilium contra rempublicam, sed contra ciuitatem, postquam respubli-
15 ca non esset, † quae respublica cessat a statu suo, non solum, quando est occupata libertas, sed quando inter ciues sunt dissensiones, & discordiae, ut per Bal. in. l. i. §. huius autem studii, col. 2. per Socin. in. d. consi. 121. num. 4. & 5. per Nellum in prima par. de bann. secundi temporis sui tract. q. 16. per Alex. in cōsi. i. penul. col. uol. 3. per Soc. in consi. 57. uol. 4. & communiter per omnes. & per consequens, cū uerba decreti in primo capite puniunt consilium dolosum contra rem-
16 publicam, non possunt comprehendere casum istum † ex quo uerba non conueniunt, l. i. §. loquitur. ff. de acqua quot. & esti. l. ita autē, ff. de admi. tut. l. si seruum quis §. non dixit. ff. de acquiren. haere. Alex. in consi. 17. uol. 1. & posito etiam quod quis uellet accipere uerba Furnarii in casu repugnanti, uidelicet, stante republica, quod est minimè dicendum, ex his quae supradixi, dico quod illa uerba, sine praeiudicio reipublicae, ueniunt in uim protestationis, quae protestatio

cum

cum sit contraria actui, quem Contestabilis fieri desiderabat, ideo tre 17
mouet uoluntatem ab actu, iuxta late tradita per Hipp. de Marsi. in rub. de fideius. num. 163; & licet ibi Mars. dicat quod talis protestatio censetur reuocata, si actus fuerit sequutus ex interuallo, tamẽ cum hic non appareat de actu sequuto, & qui uere non est sequutus non est dubitandum, an reuocata fuerit protestatio, & ex his, quantum ad istud primum caput decreti respectu consilii dolosi contra rempublicam, quia de aliis in eo contentis, superfluum esset disputare, cum de his nullum extet uerbum in processu, apparet dictum de Furnariis aliter non esse puniendum, primo quia non habemus uerba Furnarii in processu, quæ habeant uim, nec formã consilii, secundo, quia si quæ uerba ipsius, reputarẽtur dicta per modum consilii, non tamen consilium dolosum probatur interuenisse, tertio, quia tale consilium non fuit conrta rempublicam. Addo quód uerba Furnarii, dicta Fratri Clementi in primo itinere dicti Fratris ex Gallia Genuã, in quibus superius dubitaui, an possint stare in uim consilii, nobis sine dubio esse debent, quia & si starent in uim consilii, illud nihil referret, cum etiam quando expresse uiderentur dicta per modum consilii, tamen à decreto non aliter comprehenderentur, quoniam, ut ex examinibus Fratris Clementis, & ipsius de Furnariis constat, huiusmodi uerba prius inter eos interuenerunt, quàm decretum publicaretur, quòd publicatum fuit in 1548. & uerba primi itineris interuenerunt in 1547.

Non etiã uisum fuit mihi, q ipse de Furnariis, puniri deberet pœna, quæ continetur in secundo capite decreti, quæ pariter est ultimum supplicium, sicut pœna primi capitis decreti, quoniã, ut hæc pœna committatur, requiritur, quod dolose literas, nuntium, uel ambasciatam contra rempublicam scripserit, & miserit, † hæc uero uerba in decreto posita, stricte accipi debent, ut ex Fab. de mõte saui. habetur in trac. de empt. & uendi. in secunda par. q. i. nu. 18
6. quo igitur ad literas, dico in processu non constare ipsum de Furnariis scripsisse literas contra rempublicam, tantum fatetur in quinto examine, & ex aliis etiam colligitur, quod Regi scripsit, & Contestabili pro consequendo credito suo salis, hisq; se offerebat in rebus honestis sine præiudicio reipublicæ non se ad aliquid astringẽs, proculdubio huiusmodi uerba contra rempublicam scripta dici non possunt, imo salua republica. ¶ Nec obstat, quod Frater Clemens simpliciter dicat, quod ipse de Furnariis scripsit literas, &c. Nam de dictis literis una Regi, altera Contestabili deponit dictus Frater Clemens in suo secundo examine, & refert illarum tenorem, uidelicet, che la lettera scritta al Re, era tale, cioe l'animo grande di uostra Maestà Christianissima dà fiducia, e sicurtà à tutti quelli, che preten-

dono hauer ragione di ricorrere a' Vostra Maestà, perche non li mā ca, & hauend'io un negocio di sale, credo che Vostra Maestà non manchera' di quanto la giustitia uuole, supplico il Signore Iddio che sollcui quella sacra Corona, si come il mio buon animo desidera: che la lettera del Contestabile, era di continenza, che ringratiaua sua Eccellenza del buon animo che dimostraua uerso di lui, e che pregaua sua Eccellenza à non mancharli in li negocii del sale, perche anchora lui non hauria manchato in tutto quello hauessi potuto à seruiggio della Corona. ¶ Et licet non dicat, ꝙ addiderit Furnarius in literis, senza preiudicio della republica, hoc tamen non negat. Nec etiam uerba in literis descripta, posito ꝙ essent tenoris, ut refert Frater Clemens, continent aliquid, ꝙ sit contra rempublicam, nam de litera scripta Regi, non est dubitandum, cum illius uerba sunt extra omnem rationem dubitandi, sed ex litera scripta Contestabili, posset dubitari ibi, in tutto quello hauesse potuto, &c. attamen, quia salua dignitate sua, non potuisset Furnarius seruire Regi contra rem-
19 publicam, † ideo illud uerbum potuisset, salua dignitate promittentis, & sic sine præiudicio reipublicæ, intelligi debet. l. nepos proculo, uers. potest & illa accipi significatio, ff. de uerb. signifi. ultra ꝙ dici posśit, ꝙ quando testimonium Fratris Clementis esset de directo contra ipsum de Furnariis, tamē tale eius dictum, quo ad dam-
20 num Furnarii, non esset aliquo modo curandum, † quia licet in crimine lesæ maiestatis, stetur testimonio socii criminis, ut per Bal. in l. quoniam liberi. C. de testi. ex. c. fin. de testi. aduertatur, ꝙ cog. ibi papa plures testes necessarios præsupponit, dum dicit ab huiusmodi iuramento absoluant quos, &c. Non autem dicit, uel
21 quem eorum, † & licet etiam testes singulares in hoc crimine probent, ut per Math. de Affli. in tit. quæ sint Reg. in §. & bona committentium, nu. 29. non est tamen uerum, ꝙ unicus testis, de se
22 probet, † cum ad perfectè probandum, unus non sufficiat, l. iurisiurandi. C. de testi. c. tam literis, eod. tit. ¶ Et ultra, ꝙ Frater Clemens sit socius criminis, & unicus, ex aliis etiam non est fide dignus, nam quando fuit examinatus, pars citata non fuit, quo casu Petr. de Ancha. in consi. 277. in antiquis, col. 4. incipiente ex prædicta, uult, ꝙ citationem omittere liceat in crimine lesæ maiestatis, quando periculum esset in citatione, adhibitis tamen aliquibus prouidis uiris, & honestis, & hoc per c. fi. de hære. in 6. sed in casu præsenti periculum aliquod non erat in citatione ipsius de Furnariis, si per literas subsidiarias ad Illustrissimam Dominationem ciuitatis Genuæ scriptas, citatus fuisset, quia sicut ipsum, dicta Illustrissima Dominatio capere fecit, fecisset etiam, illum citatum, custodire, ita ꝙ sine periculo fuge, potuisset ire, uel mittere, ubi citatus fuisset. ¶ Item si rectè aduertimus ad dict. cap. fina. de hæret, ibi Papa considerat periculum ex potentia citandi,

quæ potentia in Furnario nulla erat, cum esset priuatus, senex, in-
ermis, & Illustrissimæ Dominationi Genuæ subditus, sicut quilibet
alius erat. ¶ Sed dato etiam, ꝙ ratione potentiæ existimandum es-
set periculum esse in citatione, cum, & in hoc casu non sit seruata
forma, d. c. fi. in examinando Fratre Clemente non citata parte,
ideo eius testimonium nullius debet esse importantiæ, nec huic ob-
stat, l. in quæstionibus. ff. ad legem iul. maie. ubi dicitur Marcum
Tullium consulem per mulierem de coniuratione Catilinæ instruc-
tum fuisse, quia ut Petrus de Anchar. in d. consi. illum textum in-
telligit † illa instructio fuit sufficiens pro captura committenda, ac 23
inquisitione formanda, non autem sufficiens, ut Catilina condem-
nari posset, & sic ille textus in d. l. in quæstionibus, allegatur ad
hoc, † ꝙ faciat indicium, non autem probationem, ut per Alber. in 24
l. maritus, nu. 2. ff. de quæstionibus, & Alber. in d. l. in quæstio
nibus, dicit etiam, ꝙ ad hoc, ut unus testis, & mulier, faciat indici-
um, forte esse speciale in crimine lesæ maiestatis. ¶ Sed præter prædi
cta, Furnario non nocet etiam dictum Fratris Clementis, quia tale
dictum fuit receptum à non suo iudice, cum Frater Clemens esset,
& sit Clericus, & iudices laici eum examinauerunt, † ad quos in cle- 25
ricum iurisdictionem exercere non pertinet. c. si diligenti, de fo-
ro competen. Nec ratione clericatus, tantum attestatio Fratris Cle-
mentis, debet haberi pro recepta coram iudicibus incompetenti-
bus, uerum etiam, quia ipse Frater Clemens est de Clauaro, qui est
locus subiectus Genuensibus, ex quo sequitur, ꝙ cessat iurisdictio,
† tam ratione originis, quàm ratione delicti imputati alibi quàm 26
in loco iurisdictionis iudicium commissi, ex his quæ habentur in l.
i. & toto tit. C. ubi de crimi. agi. opor. & ideo quantum ad iuris
dictionem ordinariam est clarum dictos iudices, qui Fratrem Cle-
mentem examinauerunt, in competentes esse. ¶ Nec etiam ex dele-
gata iurisdictione, de competentia apparet, quoniam de tali delega-
tione in processu alicubi non constat, nec etiam ipsemet iudices hoc
asserunt, nec tales se uocant, sed solum dicitur in processibus Fratris
Clementis, ꝙ est constitutus Frater Clemens coram Domino Petro
Paulo Arigono, Prætore ciuitatis Placentiæ, in præsentia Domini
Sigismondi Fanzini, & hoc dicitur in primis tribus examinibus ip-
sius Fratris, in aliis autem duobus ultimis, dicitur, ꝙ est constitu-
tus coram Domino Philippo Cacia, Cæsareo Fiscali status Mediolani
&c. Qui iudices, etiam quando in actis assererent se delegatos, ꝙ
minime faciunt, non per hoc tales reputarentur, cum non sint Car-
dinales, & personæ huiusmodi, † in quorum etiam personis du- 27
bium est, ut legitur apud Felin. in c. cum in iure, in 2. limi. de offi.
& pote. iudi. dele. In cæteris, ut sunt pfati iudices existimarūt nōnulli,

ut per Feli. in c. albericus, de testa. col. penul. post Card. & per
28 eundem in c. sicut, de re iud. in prima, & quarta fallentia † quòd si se delegatos in actis asseruissent, & decennium effluxisset, delegate iurisdictionis præsumptionem oriri, sed cum decenniũ non effluxerit, nec in processu assertio legatur, an iurisdictio delegata præsumatur, uanum est dubitare, & præsertim cum non posset prouenire, nisi ab Illustrissimo, & Excellentissimo Ferdinando Gonzaga, cuius Excellentia, si uerum est ciuitatem Genuæ superiorem non cognoscere, ut Genuenses profitentur, in hoc iudicio nullam iurisdi-
29 ctionem habebat, quia crimen lesæ maiestatis non committitur, † nisi per subditum ergà suum superiorem ut per Tho. Gra. in uoto undecimo, num. 32. cum ibi cumulatis per eum. Stante igitur prædictorum iudicum incõpetentia, sequitur, ꝙ quicquid dixit Frater Clemens coram dictis personis, coram iudice competenti nullam fidem
30 facere, † saltem ad legitimam probationem, ut per Ias. in l. magistratibus, num. 3. ff. de iur. omnium iu. & per eano. in c. si clerici, de iudi. ¶ Nocet etiam testimonio Fratris Clementis, ut sibi fides non sit adhibenda, quia uarius est in suis examinibus, ut in eis
31 annotari potest, † quæ enim uarietas causat dictum testis uitiari, ut habetur ex cumulatis per Anto. Fran. in addi. Panor. in prohe. decr. in prima char. ¶ Item nocet illiusmet dicto, in quantum fide carere debeat, quia quicquid confessus est, id ui tormentorum extor-
32 tum fuit, quòd facit, † ut confitenti minus credatur, ut per Ang. in trá. Male. in uersi. qui iudex statuit terminum, col. penul. unde ex prædictis, quantum ad literas, de quibus supra, non credo curãdum esse de dicto Fratris Clementis, nõn tantum, quia non dicat circa literas aliquid quòd contradicat testificatis per dictum de Furnariis, sed quia etiam si quid diceret, illi fides non esset adhibenda ex tot, & tantis defectibus, in eius testimonio concurrentibus, quorum quilibet de per se, est sufficiens ad pœnitus uitiandum omnia, & quæcunque testificata per ipsum. ¶ Et aduertatur quòd ex his rationibus, & fundamentis, quibus conclusi, literas Regi, & Contestabili scriptas, non continere aliquid, ex quo ipse Furnarius pati debeat, idem dico de literis scriptis per Furnarium Fratri Clementi, cũ omnes illemet rationes de quibus supra, & in hoc casu procedant, & licet in literis scriptis per Furnarium Fratri Clementij, adsint uerba, ut quilibet eorum deponit, quòd erat tempus incohandi, &c. Nihilominus uerba illa Furnario nocere non debent, cum sint non solum dubia, uerum, & incerta, ita quòd Frater Clemens in suis examinibus dicit se illa uerba non intellexisse. Quare succedit regula,
33 quæ habet, † quòd ubicunque, uerba sunt ambigua, tunc recurrendum est ad illum, qui illa protulit. l. si quis arbitratu, ff. de uerb. oblig. Merito standum est in interpretatione dictorum uerborũ, ei ꝙ dicit in examine suo dictus de Furnariis, uidelicet, quòd intelli-

gebat,

gebat, quod erat tempus dandi principium exbursationi denariorũ prætensionis salis, & præsertim dicto suo stari debet, quia, quod ali ter senserit, non apparet, † nec per testes animus probari potest, 34
ut per Inno. in c. super hoc, de renun. Feli. in c. sicut dignum, col. i. de homi. Bal. in cap. bone, de postu. præla. Tho. Gra. in consi. 69. num. 12. & in terminis, in crimine lesæ maiestatis, Dec. in consi. 256. num. 8. ¶ Videtur etiam, quod ad prædictum sensum prædicta uerba adaptentur, quia Frater Clemens, ut ipse dixit, à Furnario in mandato receperat assumptum procurandi negocium salis, & de hac re pluries ad eum scripserat, † unde ipsa uerba, secundum 35
naturam illius rei, super qua proferuntur, accipienda sunt. l. si uno. ff. depos. l. si stipulatus. ff. de usur. no. Bar. in l. i. C. de nego. gest. & posito quod dicta uerba pro obscuris reputari debeant, † sunt 36
tamen intelligenda eo modo quo sapientes illa intelligerent, ut per Bal. in l. cum quidam, C. de impub. & aliis sub. ¶ † Sapientis est 37
autem intelligere uerba modo quo conueniunt, ut per eundem met Bal. in l. i. 3. col. C. de seru. fug. Sed nemini dubium esse debet, quod uerbum. Principium, magis conuenit exbursationi pecuniarũ quàm dicamus, quod esset tempus principiandi occupationem ciuitatis Genuæ, † quia principium, denotat tractum successiuum. c. prin 38
patus. q. i. c. miramur 61. dinstin. 50. quod ab initio, ff. de reg. iu. & l. quæ ab initio, eod. tit. Clandestine autem occupationes non fiunt per tractus successiuos, ut communis experientia docet † ex 39
qua ualidum est argum. c. quàm sit. de elec. in 6. Sed in instanti huiusmodi peraguntur, si ad effectum deduci possunt. Rursus dico prædicti uerbi, seu uerborum confirmari expositionem, ut supra, per Furnarium datam, † quia quotiens uerbum aliqđ, potest delictũ, 40
& non delictum importare, semper accipi debet in sensũ illo, quo delictum euitatur, ut per Alex. in consi. 70. uiso processu, in secunda col. in primo uol. & per Deci. in d. consi. 256. quod consilium Decii, ad hoc propositum est satis notabile; ¶ Non credo etiam, dictum de Furnariis incidisse in pœna dicti secundi capitis decreti, quia miserit alicui nuntium contra rempublicam, quoniam si recte aduertatur quis sit nuntius, † eum solum pro nuntio haberi uidebimus, 41
qui erga alium, in personam domini, uerba concipit, ut per Bart. in l. qui autem. §. constituere. in 3. nota ff. de constitu. pecu. & idem dicit in l. i. §. si procurator, & §. quanuis, ff. de procu. ¶ † Et nun 42
tius est ille proprie, qui per se nihil agit, sed omnia agit ex persona domini, ut inquit Anto. de Cana. in trac. suo, de excus. num. 7. Ad propositum nostrum dico non constare Fratrem Clementẽ fuisse nuntium Furnarii in aliqua re, nisi in negocio salis, ut uterque eorum hoc attestatur. ¶ In cæteris rebus ꝑ Furnarium nunquam aliquid fuit commissum Fratri Clementi, quod alicui contra rempublicam nuntiaret, sed omnia, & quæcunque sibi dixerat, dixit, quod dice-

rentur cum hac conditione, ꝙ contra rempublicam aliquid facere
non intendebat. ⁋ Et dato, ꝙ forte Frater Clemens, non semper at-
testetur, ꝙ Furnarius adiecerit suis uerbis, hanc qualitatem, uideli-
cet sine præiudicio reipublicæ, de hoc non est curandum, quia ut
supra demonstraui, dictum Fratris Clementis, pro probatione, ad-
uersus Furnarium, pluribus respectibus haberi non debet, sed tan-
tum in hac re, iudicium fundandum est, super confessis per Furna-
rium, qui semper dicit, ꝙ in quocunque sermone habito cum Fratre
Clemente, saluabat se, ꝙ aliquid facere non intendebat contra rem-
publicam, sed tantum, in casu quo respublica esset peritura, & per-
uenire deberet ciuitas in manibus, uel Imperialium. uel Francorum
quinimo dicit, ꝙ nec, & in illis casibus, aliquid facere intendebat,
sed ꝙ omnia, & quæcunque uerba dicebat, ad finem tantummodo
per eum dicebantur, causa consequendi eius creditum salis, de qui-
bus uerbis inferius loquar, sed nunc insistendo circa punctum de nun
tio, dico, præter supradicta, apparere etiam ex examinibus Fratris
Clementis, eum non interuenisse, ut nuntium, uersus Contestabilẽ
nomine Furnarii. In aliqua re, quæ esset extra causam salis (etiam du
bitatiue) cum dicat Frater Clemens, ꝙ quando Contestabili extolle
bat autoritatem Furnarii in ciuitate Genuæ, sz ꝙ erat hominibus, &
dignitate potens, hæc à seipso dicta fuisse, absque aliqua præcedenti
commissione, de hoc à Furnario sibi facta, dicendo, ꝙ id sic dixe-
rat, ut faciliorem se Contestabilis exhiberet, in facienda executione
crediti salis, dicti de Furnariis. ⁋ Aduerti etiam circa hoc de nuntio
potest, ꝙ decretum non dicit, qui usus fuerit nuntio contra rempu-
blicam, sed dicit, qui mittet nuntium contra rempublicam. Quæ
uerba aliud non important, nisi qui destinauit nuntium ad hoc, ꝙ co-
43 gnoscitur, † quando nuntius missus, aliquod signum mittentis secum
portat, cuius respectu, uerisimiliter sit sibi credendum ita aiunt cano.
in. c. significauit, de appella. Sed ꝙ Clemens habuisset aliquod si-
gnum Furnarii, nullum uerbum de hoc in processu, nisi ꝙ una uice
quasdam literas sibi dedit, sed ut Furnarius inquit, illæ literæ, non e-
44 rant contra rempublicam, ultra, † ꝙ dico, ꝙ portans literas, non
dicitur habere signum nuntii, sed magis proprie dicitur tabellarius,
45 literæ enim † essent signum nuntii, quando fuissent literæ credentia-
les, ut per Doc. in d. c. significauit, quare non solum ex processu
constat Furnarium misisse Fratrem Clementem, Nuntium contra rẽ
publicam, uerum nec constat etiam eum simpliciter nuntium misis-
se. Tantum enim una uice sibi dixit in secundo itinere Fratris Clemẽ
tis ex Gallia, ꝙ poterat Clemens in Galliam reuerti, eosque consola
ri, ꝙ ciuitas nollebat dominari ab Hispanis, neque Gallis, &c. Quæ
uerba non aliter demonstrant Fratrem Clementem missum nuntium
à Furnario fuisse, sed in libertate sua eundi positum. Idem uidetur
posse dici de ambasciata, ꝙ de nuntio, quia si Furnarius qui non mi-

ſit nuntium, tantominus ambaſciatā, quæ de neceſsitate alicuius me dio fienda eſt, nec ambaſciatæ creditur, † niſi quis literas credentia- 46
les ſecum detulerit, ut per Bar. in. l. pallatinos, C. de colla. fundi fiſc. lib. 11. ꝙ autem Furnarius Fratri Clementi dederit literas cre- dentiales. Ipſe Furnarius in ſuis examinibus hoc non dicit. Sed poſito etiam, ꝙ literis, & nuntii, & ambaſciatæ à Furnario ſcripta & ſeu miſſa fuiſſent, ꝙ eſt minimè uerum, ut ex ſupradictis demon- ſtratum eſt. Ad huc ex his dicendum non eſset, ipſum in pœnam hu ius ſecundi capitis decreti incidiſſe, quia decretum requirit illud do loſe fuiſſe factum, ſed cum Furnarius prætenderet ſe creditorem no tabilis quantitatis denariorum Regis Francorum, occaſione ſalis, de quo ſupra, ut ipſe Furnarius dicit in ſuis examinibus, & ut etiam deponit Frater Clemens, ꝙ de hac re, rogatus fuerat à Furnario, ac ſimiliter confirmatur ex productis in proceſſu, ideo, & ſi talis præ- tenſio, ſeu cauſa, qua mouebatur Furnarius, fuiſſet iniuſta, & beſtia lis, & extra propoſitum ſe mouiſset ad credendum dicta occaſione ſe creditorem eſſe, tamen talis cauſa (etiam iniuſta) & beſtialis, ſi in do lum incidiſſet, ipſum à dolo excuſaret, necnon à pœna, quæ ratio- ne doli per eum poſset incurri, † hæc eſt deciſio in terminis, in crimi 47
ne leſæ maieſtatis, Bertran. in conſi. 249. nu. 8. uol. primo, & ibi ꝙ iniuſta cauſa excuſet à dolo, & pœna, &c. plures allegat, uideli- cet Paul. Alex. Sicul. & alios. Idem quoque deciditur per Aymon. Cra. in conſi. 6. nu. 79. Si ergo propter prædictam cauſam, excuſa- tur à dolo, ſibi crimen leſæ maieſtatis imputari non poteſt, † quia 48
dolo carenti. tale crimen non imputatur, ut per Tho. Gra. in con- ſi. 31. nu. 38. ubi ad hoc allegat Iaſ. Soc. & Cur. quinimo dici po teſt, ꝙ cum Furnarius prætenderet ſe creditorem tam grandis, & po- tentiſsimi principis, ut eſt Rex Franciæ, & uidiſſet, ꝙ iam per multum tempus lapſum, nec ex ſe, nec medio amicorum potuit cō- ſequi ſuum creditum, proterea † ei licuiſſe omnibus uiis, modis, & 49
remediis, licitè, & illicitè (etiam furtiuè) dare operam, ut creditum ſuum obtineret, ex traditis per Inno. communiter ſequutum in c. olim. nu. 8. de reſti. ſpol. & ꝙ in rei ueritate, omnia uerba, quæ ex ore Furnarii, uerſus Fratrem Clementem emanarunt, necnon o- mnes promiſsiones eius, modo quo factæ per eum fuerunt, proce- derent ab intentione non maculata, nec ab animo, ad malum perpe- trandum diſpoſito, ſed tantum occaſione conſequendi ſuum creditū dicta fuerint, non tantum patet, quia ipſe Furnarius, hoc in exami- nibus ſuis dicat, dum dicit, ꝙ quæ reſpondebat Clementi, ab eo dicebantur, ut eo modo, facilius, creditum ſuum conſequi poſset, &c. Sed etiam ex aliis, quæ eliciuntur ex examinibus, tam ipſius Fur narii, quàm Fratris Clementis demonſtratur, cum, ut ex his depre- henditur, nunquam Furnarius ad tractandum contra rempublicam, Conteſtabilē prouocauit, ſed ipſe prouocatus fuit, unde cum non ha-

buit hoc propositum, si tacuit, post illa, quæ sibi ex parte Contesta-
50 bilis proposita fuere, non per hoc præsumitur consensisse, cum † es-
sent in præiudicium libertatis patriæ, ex his quæ dicit Hippo.
de Marsi. quæ faciunt in argum. in l. frater, in uers. sed possumus.
ff. ad legem pomp. de parr. Sed si se mouit Furnarius ad dandum
uerba requisitioni sibi facte, & id fecerit, causa consequendi creditũ
suum, quod consequi intendebat, ut ipse dicit, omnia quæ fecisset, seu
51 dixisset ex post, † & dicta, & facta occasione prædicta reputari de-
bent ex his, quæ dicit Alcia. præceptor meus, in tra. de præsump.
52 in secunda reg. in 24. præsum. nu. 4. &c. † quod in pœna inferenda,
crimen reputetur minus, quando quis est prouocatus, patet ex his
quæ dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de castr. pecu. mili. lib. 12, & per
Felin. in C. dilecti filii, de exceptio. ubi ponunt, quod delinquenti pro
uocato minuatur pœna, si ergo Furnarius ad rem, de qua imputatur
non prouocauit aliquem, sed ipse prouocatus fuit, cognoscitur, quod
circa prædictã requisitionem sibi ex parte Contestabilis factam, non
53 concurrebat animus, quia † ea, quæ præcedunt, animum nostrum
54 declarant c. scribam, de præben. Qui † animus principaliter in de-
55 lictis inspicitur. l. diuus. & ibi Bar. ff. ad leg. cor. de sicca, & † ma
ximè in crimine lesæ maiestatis. l. famosi. ff. ad leg. iul. ma. ibi;
56 & an cogitauerint, attenditur quod † dictus animus, an ad delictum fuerit
57 destinatus, l. uerum, & ibi Bar. ff. de fur. per † facta autem maxi-
mè cognoscitur, l. reprehendenda, C. de institu. & substi. Sed in
Furnario, tam ex præcedentibus, quàm sub sequentibus apparet, ip-
sius animum à crimine imputato, committendo, semper fuisse alie-
num, nam semper distulit facere id, de quo requirebatur, quanquã
Contestabilis celeritatem desideraret, medio Fratris Clementis, Fur
nario proponendo causas, quare res celeri expeditione exequeretur,
suum ergo differre, demonstrat, quod & in aliis, quæ præcesserant, uo-
58 luntatem dispositam non habebat, † cum de facili cognoscimus men
tem dolosam alicuius in præcedentibus, ex his quæ deinde subse-
quutur. l. si qui adulterii, C. de adulte. ¶ Et ex talibus coniecturis
59 & præsumptionibus apparet, quod quæ dixit Furnarius, † simulationis
causa dicta fuisse, ut per Inno. in c. cum dilectus, quod met. causa.
¶ Accedit etiam aliud signum animi Furnarii à delinquẽdo alienum,
quoniam rem istam amicis non communicauit, prout constitit ex e-
xaminibus receptis ex ore Pauli Lasaneæ, qui tortus perseuerauit in
attestando, quod Furnarius de hac re sibi aliquid non dixerat, & tamen,
ut notum est in ciuitate Genuæ, Paulus Lassanea erat de maioribus
amicis, quos haberet Furnarius, & de his qui in ciuitate sint maio-
ris autoritatis, & non est dubium, quod ad committendum tam gran
de negocium à seipso non erat potens, sed amicorum auxilio sibi o-
pus fuisset. Nec dicatur, quod hoc amicis conferre morabatur, tempo-
re quo effectus fieri debebat, & ita sit præsumendum, quia respon-
deo,

deo, † non esse præsumendum illud quod non est uerosimile, ut per 60
Bald. in l. fin. cap. de hæredi. insti. Sed non est uerosimile, quod
quis uellet se ponere in tanto discrimine tali, ut super ultimo pun-
cto putasset amicorum corda experiri, † quæ corda solus Deus co- 61
gnoscit, 32. distinc. cap. erubescant, & maximè experiri in persua-
dendo, ut sibi succurrere uellent aduersus patriam, & libertatem,
† quæ quidem libertas, est thesaurus inestimabilis. §. cum autem in- 62
stit. qui ex quibus causa ma. non poss. & † in ea sola consistit de- 63
cus, & splendor. l. edicimus; ubi Luc. de Pen. ad hoc notat tex.
de murileg. lib. 11. dicitque solet, ab † amicis honesta esse petenda, 64
quia ut inquit Gellius amico licet seruire usque ad aram, uidelicet
usque ad id, quod est honestum, sed ire contra patriam, quantum
sit inconueniens, & illicitum, non oportet dubitare, cum ut sentit
Bart. in l. ueluti. ff. de iusti. & iure paternus † amor amori patriæ 65
est postponendus, quando pater non est in pari necessitate. ¶ Item
aliud signum colligitur, quod animus Furnarii non erat malus ex e-
ius præterite bene acte uite probatione, quod per quam plures te-
stes, omni exceptione maiores, probatum fuit, quæ † probitas præ- 66
terita, facit ut credendum sit ei qui se non animo delinquendi, quod
gesfit gesfisse asserit, l. non omnes. §. a barbaris, uersicu. & si bonus
miles ante æstimatus fuerit. ff. de re milit. l. desertorem. §. Sed si
ex improuiso; uersicu. inspecto uitæ eius præcedentis actu, uenia
ei dabitur; faciunt quæ ponit Deci. in dict. consil. 256. numer. 8.
ibi bonæ famæ, &c. ¶ Item aliud signum boni animi præfati Fur-
narii elicitur, ex sua spontanea constitutione, qui quanquam; ut
probatum est; intellexerit Clementem captum, & fuerit sibi ab ali-
quibus dictum, audisse Fratrem Clementem, ipsum Furnarium in
suis examinibus nominasse, & ideo quod animaduerteret, ut si non
tantum culpæ, uerum etiam suspitionis dicta Fratris Clementis, si-
bi præiudicium allatura essent, carceres uitare, respondit se esse in
tali re immaculatum, & si oportebit, paratum omnem suspitionem
iustificare, nempe sui exculpati animi talis spontanea constitutio
† maximarum est indicium; ut per Cepo. in consil. 230. & per 67
Cor. in consil. 58. in secunda parte, ex quibus omnibus supra nar-
ratis, & ex multis aliis, quæ animaduerti in signum suæ innocen-
tiæ possent; patet dictum de Furnarius, delinquendi intentionem
non habuisse; & ideo si non habuit talem intentionem, fieri etiam
conclusio potest, quod non deliquit, quia † uoluntas, & proposi- 68
tum distinguunt delictum, l. quod iniurie, ff. de fur. C. si uero,
de sententiarum excommu. & maximè in hoc crimine lesæ maie-
statis, † ubi qualitas personæ, an potuerit facere, quid cogitauerit, 69
quid primo fecerit, & alia huiusmodi, indicant delicum commissum,
uel ne l. famosi. ff. ad l. Iul. maie. sed in Furnario, ut ex supradictis de-

monstratum est, & ex his, quæ in processu probata sunt, nec qualitas, nec potentia, nec cogitatio, nec facta, suadent illum deliquisse, sed imo non deliquisse, quod confirmatur, quoniam ipse Furnarius, non dedit intentionem Fratri Clementi, nomine Contestabilis cum requirenti, aliquid faciendi nisi cum protestatione
70 quod nō intendebat præiudicare reipublicæ, quæ † quidem protestatio animum protestantis declarat, & aperit, ut per Gramm. in consil. 31. nume. 29. Et huiusmodi protestatio, si accipiatur tanquam contraria actui, seu promissioni, remouet uoluntatem ab a-
71 ctu. seu ab † eo, quod est promissum, ut per Bart. in. l. qui in aliena §. Celsus, in primo nota. ff. de aquirend. hæred. Bald. in. l. ut debitum, in prima opp. C. de hæredi. actio. mar. cum ibi late cumulatis, per eum in repet. rubric. de fideiuss. nume. 163. ¶ Considero etiam, quod uerbum promittere facere aliquem damnum, sine præiudicio reipublicæ, potest esse plurium temporum, uidelicet, uel stante republica, uel ea extincta, ideo tale uerbum debet intelligi secundum adiecta, ut per Oldrad. in consil. 168. circa primum punctum, & quia intelligere illud republica extincta, remo-
72 uet promissionem a delicto, ideo illo casu † factam fuisse intelligi debet, ut per Alexan. in dict. consil. 70. uiso processu, & per Decium, in consil. 256. nume. 8. & licet, si dixisset Furnarius, pro-
73 mitto exequi uoluntatem Regis, intelligeretur † de præsenti. l. cum stipulamur. ff. de uerbor. obligat. tamen ex quo adiecit (salua republica) & salua republica, uoluntas Regis non poterat exequi, si illud pro sua uoluntate, accipimus, ut sit, quod eius nomine ordinauit Contestabilis Fratri Clementi requirendum esse a Furnario ideo propter illud adiunctum, uerba mutant naturam suam, & intelligitur promisisse exequi Regiam uoluntatem, eo modo, quo potest exequi (salua republica) sicut, quando testis dicit, credo, quia uidi, nam cum uerbo, credo, adiunxit illa uerba, quia uidi, tale
74 uerbum credo, non stat amplius dubitatiue, sed † affirmatiue, ut per Bal. in. l. qui quinque, ff. de leg. prim. & sic quæ ueniunt adie-
75 cto uerbo præcedenti, † mutant dicti uerbi uim, ac naturā; ut per Math. de Afflict. in decision. Rotæ Neapolit. decision. 37. nume.
76 25. maximè, quia nullum est maius † mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta uerborum, ut per Bald. in. l. uoluntatis.
77 ad fin. C. de fideicommi. † & ex uoce intentionis sequitur euidens argumen. ut per eundem Bald. in. l. ea quæ circa princip. C. quomo. & quando iudex. ¶ Nec dicatur, quod confessio dicti de Furnariis potest diuidi, & acceptari in parte, quæ facit contra se, & in parte, quæ facit pro eo reiei, cum quādo aliquis fatetur aliquid a lege
78 prohibitum ex quo † habet iuris præsumptionem contra se, l. pri-
79 ma, & secunda, ff. de sicca. tunc † confessio potest diuidi, & acceptari in parte, quæ facit contra se, & in parte, quæ fa-

cit pro eo, rei, ex Bart. in. l. Aurelius § idem qui scit. ff. de
liber. lega. Alexand. in. l. 15. § si quis simpliciter, uersicu. ex præ-
di. ff. de uerbor. obligat. Abb. in cap. bonę, il secundo. in fin,
de postulat. prælato. quia primo dico, quod talis præsumptio,
quæ oritur contra eum, qui confitetur se aliquid fecisse à lege
prohibitum, tollitur, quando, qui confessus est qualificatiue,
in dicta confessione qualificata perseuerauerit in tormentis, quo-
niam eo casu tortura tollit omnes præsumptiones, & indicia con-
tra tortum prius orta, imo & † tollit probationes, ut per Boer. in 80
deci. 163, nu. 12. per Hippo. de Marsi. in § quoniam, nu. 41. in pra
tica, & † hæc est communis opinio, ut attestatur Ferra. in suis cau- 81
telis cau. 5. quare dicit Alber. in rub. C. de quæstionibus, quod iudex
ad cautionem protestetur se nolle super probatis reum torqueri, sed 82
super eo, quod non erat probatum, & Bal. in. l. i. c. de confess. nu.
44. & 45. † Admonet iudices ne recipiant huiusmodi confessiones 83
qualificatas. ¶ Nec dicatur, quod Furnarius non fuit tortus super proba-
tis, quia fuit interrogatus, tantum de complicibus, quando fuit tor
tus, quoniam dicitur, esto quod hoc esset, tamen hoc fuit admonitus,
ut diceret ueritatem simpliciter, nec dictum fuit super his, de qui-
bus interrogabitur, ut ipse respondit, quod eam dixit, & quod dixerat,
super tota causa dictum fuerat, item quia, quando interrogatus fuit
de complicibus, pluries simpliciter admonitus fuit, ut diceret ueri-
tatem, & ipse simpliciter respondebat super tota causa, uidetur, quod su
per tota † causa fuerit tortus, per glo. in § præterea, in uerb. Non 84
respondeat insititu. de inutili. stipula. quo casu, & eo magis, hoc est
dicendum, quia alias superflua esset cautio. Alberici communiter re
cepta, cum non obstante, quod præcessisset admonitio generalis de di-
cenda ueritate, satis esset, quod de aliqua re particulariter quis interro-
retur, quia tunc non censeretur tortus super causa, secundo dico, quod
promittendo Furnarius facere uoluntatem Regis, nõ uidebatur pro-
mittere rem à lege prohibitam, quoniam, quæ esset uoluntas ipsius
Regis, † uerba Regis demonstrant, l. nobis, & rei § uerbum. ff. de 85
uerb. signi. Sed ex his, quæ habetur in processibus, seu in examini-
bus, Rex nunquam in suprascripto negocio aliquid loquutus est, ni-
si semel, dum dixit, iustum sibi uideri, ei, sicut Cæsari, licere, in Ci
uitate Genuæ nuntium tenere, & hæc uerba Frater Clemens in suo
quinto examine attestatur sibi fuisse à Rege dicta, dicitur etiam in di
ctis examinibus, quod quando Contestabilis audiuit dicere Fratrem Cle
mentẽ, quod Furnarius ad Regis obsequia erat paratus (sine tamen præiu
dicio reipublicæ) respondit, quod, quæ Rex requirebat non erat
ad damnum reipublicæ, quinimo, & ipsemet Rex reipublicæ utili-
tatem præcipue amabat, ita Frater Clemens deponit in secundo exa-
mine, & Furnarius in 5. examine hæc uerba, ut supra dicta fuisse sibi a
Fratre Clemẽte asserit, ex quibus cognoscitur dictum de Furnarius nõ

intellexiſſe, ꝙ Rex deſideraret, niſi res licitas, nimirum igitur ſi quã
do Frater Clemens ex parte Conteſtabilis dicebat Furnario uerba,
de quibus in ſumma proceſſus proximè præcedenti, quæ in ſenſu ſuo
uidentur aliquantulum excedere honeſtum, ſeu licitum, ipſe Furna-
rius reſpodidit, ꝙ erat facturus uoluntatem Regiam, non autem di-
xit ſe facturum, ꝙ fieri poſtulabat Conteſtabilis, unde manifeſtè ap-
paret, ꝙ quando etiam reſponſio, ſeu confeſsio Furnarii diuideretur,
& liceret eam acceptare diuiſam à proteſtatione per eum facta, uide-
licet, ſine præiudicio reipublicæ, hoc non offenderet Furnarium;
quinimo poteſt dici, ꝙ talis confeſsio pro parte non poſsit accepta-
ri, ex quo prima pars, uidelicet, facere uoluntatem Regiam, non cõ
tinet aliquid in ſe à lege prohibitum. ¶ Tertio reſpondeo, ꝙ ex quo ſu
mus in caſu in quo non eſt ſequutum aliquod delictum, ſed in pro-
miſsione facta rei fiendæ, quæ dependebat ab animo Furnarii, an il-
lam uellet ſeruare, durante republica, uel ea extincta, ideo non eſt
incõueniens acceptandã eſſe hanc reſponſionem cum qualitate adie-
ctã animum declarante, ſaltem ut talis confitens, pœna mortis puni
86 ri non debeat, † ita deciditur per Soci. & dicit ab aliquo alio, hoc
non ſic declaratum, in. l. non utique in ultimis uerbis, ff. de excep.
¶ Quarto reſpondeo, ꝙ præſuppoſito pro neceſſario, qualitatem con
feſsioni adiectã, reiiciendam eſſe, ac reici debere, in præiudicium
Furnarii, tamen ipſum à lege non puniri pœna mortis, cum quali-
87 ficate excuſatorie confeſſus fuerit. ſed pœna † exilii, uel alia ſimili
pœna eſſet puniendus, hæc eſt originalis deciſio Abb. in c. auditis,
nu. 32. de præſcriptio. quem ſequitur Iaſon, in l. ut uim, nu. 13. ff.
de iuſti. & iur. dicitq́ hoc dictum eſſe quotidianum, & utile, ſe-
quitur Ferra. in caut. ſuis in caute. 5. in fin. & ibi Inno. Paul. de
Caſt. & alios, hoc tenentes allegat, ſequitur Tho. Gram. in ſecun-
do uoto, nu. 3. & ibi huius ſententiæ dicit fuiſſe Felin. Alex. Soci.
& alios, Hier. Cuca. in addi. ad Ang. in § ꝙ fama publica præceden-
te ibi dum Ang. loquitur de indiciis. in addi. Adde tamen ꝙ pro o-
pinione Thome. dicit ꝙ poſt Inno. in. c. quia uero ſimile de præ-
ſumptio. communis eſt opinio, ꝙ etiam pro urgentiſsimis præſum-
ptionibus, quis non poſsit condemnari ad mortem, pariter Gandi.
in rub. de præſump. & indi. indubit. ex quibus ſequi poſsit condẽ
natio, dicit, ꝙ propter urgentiſsima indicia, quis non poteſt in per
ſonam condemnari diffinitiuè, † & ita de conſuetudine obſeruari, &
88 omnes ſapientes Bononienſes hoc tenuiſſe, & Paul. de Caſt. in con
ſi. 198. in primo impræſsis, incipiente, uiſa inquiſitione, col. fi. di-
cit, ꝙ propter dictum Gandini ſaluauit quendam à pœna capitali, cõ-
tra quem erant tam fortia, & indubitata indicia, ꝙ animus, & intel
lectus non poterat credere, ꝙ alius feciſſet homicidium, quam ipſe,
faciunt quæ dixit Alex. in conſi. 15. in ſecunda col. in primo uolu.
89 ubi uult, ꝙ quis non poſsit † ad mortem condemnari niſi ſit clare pro

batum,

batum, transit similiter cum praecedenti opi. Aug. Ari. in addi. ad Ang. in uers. comparent inquisiti, & partim negant, nu. 5. Idem firmat plures ad hoc allegans Hippo. Marsi. in sing. 185. latissime, de hoc per Carerium habetur in sua pratica, in §. circa, nu. 166. cum praedictis transit Aymon, in consi. 2. in fi. & licet Aymon. & nonnulli alii uideantur sentire hoc procedere, nisi constet qualitatem adiectam esse falsam, dico in casu nostro, hoc minime constare, quia illud dicitur constare, ꝙ † concludenter constat, l. non hoc, unde cog. 90
& constat † per testes, uel instrumenta, ut per Deci. in rub. de pro- 91
ba. nu. 13. dicendo, ꝙ praesumptiones dicũtur argumenta, ad ꝙ facit, quae dicit Alex. in.l. qui Romae. § augerius. ff. de uerbo, oblig. nu. 3. ¶ Sed contra qualitatem adiectam per Furnarium in confessione sua (uidelicet sine praeiudicio reipublicae) nulla habetur concludens probatio, nec opponatur de dicto Fratris Clementis, quia ex pluribus non est fiendum fundamentum circa eius testimonium ex his, quae supra dixi, & demonstraui, nuncque ex abundanti dico ꝙ quando defectus aliquos, seu exceptiones non pateretur, tamen ex dictis illius non uidetur aliquid concludenter probatum contra qualitatem, de qua supra, non tantum, quia dictum unius dictum nullius reputetur, quantum, quia de his, quae loquutus est Furnarius cum Fratre Clemente in primo reditu Fratris Clementis ex Gallia, non est respectu decreti quicquam curandum, cum tunc temporis, ut supra demonstraui non esset factum decretum, in qua re etiam Frater Clemens uarie deposuit, quia in secundo examine dicit Furnarium addidisse suae promissioni, uidelicet, sine praeiudicio reipublicae, in tertio autem examine tacet qualitatem adiectam fuisse, sed ut dixi, non est in hac re insistendum ratione decreti, sed animaduerti solum debet ad ea, quae deponit Frater Clemens dicta fuisse per dictum de Furnariis in responsione propositionis, quam ipse Frater Clemens fecerat in secundo reditu ex Gallia, quo tempore decretum publicatum fuerat, de quibus in tertio examine maxime deponit, in secundo examine aliquid dicit, sed uarius est a tertio examine, & nihil ibi dicit momenti, in caeteris examinibus nihil de hoc deponit, & uerum est ipsum Fratrem Clementem tacere ibi qualitatem, de qua supra, uidelicet sine praeiudicio reipublicae, per Furnarium in responsione suae propositioni factae, adiectam fuisse, sed tamen hoc dicit in dicto tertio examine in illa parte, dum dicit Furnarium sibi dixisse multa uerba, quorum nunc scit recte non meminisse, propterꝙ apparet ipsum ad plenum non deponere uerba sibi dicta per Furnarium, unde ex hac causa solum, quando alia etiam nõ obstarent, non est fide dignus, † ut per glo. in l. lurius, in uers. debeant, ibi quia non dixerunt plene factum, ff. de his, qui notan. in- 92
fam. Ad cuius propositum facit doctrina Bal. in l. cum antiquitas. nu. 5. C. de testa. ubi concludit testem omnino nihil probare, quia

do non ad plenum, & in totum deponit rem, prout fuit. ¶ Sed etiam, q quando id q deponit Frater Clemens haberi deberet pro probatione, existimandum tamen esset illud, q. obliuiscitur, id esse, de quo ulterius asserit in examinibus suis Furnarius, uidelicet qualitatem, seu protestationem, de qua supra (sine præiudicio reipublicæ) quoniam quando congrua interpretatione uerborum testes ad concordiam reduci possunt, ut hic nedum congrua, sed congruissima cadit, attentis his quæ circa hunc punctum de congrua interpretatione declarat Ang. in l. item uidendum, ff. de petit. hæredi. tunc non tantum ut euitent periurium, sed ut probent, talis reductio fieri debet, ex his, quæ dicit Bal. in l. de quibus, col. penul.

93 ff. de legi, & per eundem in l. secunda, C. de bono. poss. secundum tabu. quare ex pluribus, & diuersis apparet, q dictum Fratris Clementis non potest allegari pro probatione, quæ sit contra qualitatem adiectã in testificatis per Furnarium, & dato, & non concesso q fiscus non egeret probatione contra dictam qualitatem, sed sibi sufficerent aduersus eam præsumptiones militare non uideo, q aliqua præsumptio repugnet; quia dicere, prout dicit fiscus, q Furnarius scripsit literas Regi, & Conestabili, ad hoc supra patet responsio, dum demonstratum fuit, ut apparet ex processu, q dictæ literæ erãt inculpabilis tenoris; ¶ item allegare aliam præsumptionem, quàm allegat fiscus, q dictus Furnarius non reuellauit rem istam, de hoc in quarto capite decreti loquar, tertio, & ultimo adducere aliam præsumptionem, ut adducit fiscus contra prædictam qualitatem, uidelicet, q Furnarius, nedum recepit unam ambasciatam, sed plures & non reuellauit, & ideo addat fiscus, q ob reiterationem delicti,

94 debeat augeri † pœna. l. quæcunque, C. de seruis fug. tex. & ibi Bal. in l. 3. C. de episco. audien. Tho. Gram. in uoto 17. nu. 7. & 8. Inno. in c. i. noui. de iudi. idem Tho. Gram. uoto 9. nu. 23. respondeo, q ex quo decretum simpliciter loquitur, nec dicit si tantum una uice receperit, uel pluries, nuncium, & ambasciatam, &c. Propterea sermo hic indefinitus æquipollet uniuersali maximè cum indefinita sine dubio, ut inquit Bar. in l. si pluribus nu. 5. ff. de

95 leg. secundo † à lege prolata æquipollet uniuersali, secundo dico, q leges, quæ dicunt crimen reiteratum, pœnæ augumento dignum esse, loqui in crimine q sequitur in faciendo, ideo non est fienda illatio

96 ad crimen, † q sequitur in omittendo. l. si seruum §. sequitur. ff. de uerb. oblig. Notatur in l. si mora, ff. solu. matri. tertio duo, q decretum tantummodo considerauit crimen in non manifestatione, ratione importantiæ, & periculi rei, non autem ratione geminatæ receptionis nuntii. Ideo decretum debemus accipere in sensu suorũ uerborum simpliciter, maximè, stante statuto in ciuitate Genuæ sub rub. de extrinseco intellectu, q statuta, decreta, ordinationes, & & statuta, disponit ad literam, prout iacent, intelligenda esse, quare

to, dici poteſt, ꝙ ex quo non erat publicatum decretum tempore primi reditus Fratris Clementis ex Gallia, ideo non poteſt allegari reiteratio criminis in non reuellando, quia pluries receperit ambaſciatam, & tacuerit, quoniam imo ſemel tantum recepit ambaſciatam uigente decreto, ꝙ ſcilicet fuit in ſecunda uice reditus Clementis ex Gallia, quinto reſpondetur, ꝙ eſto, ꝙ eſſet uerum pœnam augendam eſſe ob reiterationem criminis in non reuellando, ꝙ pluries peruenit ad aures, ſeu eius noticiam, illud procederet ex diſpoſitione iuris cõis, ſed in ciuitate Genuæ, hoc omnino ceſſare debet, ſtãte ſtatuto in dicta ciuitate ſub rub. ꝙ ſola pœna, ꝙ ſtatutum uult, ꝙ ſi ex forma capitulorum ſtatutorum Genuæ imponatur certa pœna, nõ debeat alia pœna de iure communi imponi, etiam ſi allegaretur, ꝙ de iure aliqua pœna deberet augeri, unde conſtat, ꝙ ſi quæ præſumptiones, ſeu coniecturæ contra qualitatem per Furnarium in ſua confeſsione adiectam, allegarentur, non tamen militare, nec aliquo modo obſtare uidetur, ſed bene uice uerſa, quàm plurime cõiecture, ſeu præſumptiones concurrunt, dictam qualitatem adiuuãtes, prima eſt præterita Furnarii bene acta uita, præſertim uerſus rẽpublicam, & eius caritate plena, pro qua facit. l. deſertorem. §. ſi ex improuiſo ibi inſpecto præcedentis uitæ actu, uenia dabitur. ff. de re milita. & hæc prima coniectura ad plenum per teſtes, eſt probata ſecunda coniectura pariter probata eſt, uidelicet ſua ſolita obſeruantia erga Cæſaream Maieſtatem. Ad ꝙ facit. l. non omnes. §. à barbaris, ibi ſi bonus miles. ff. eod. tit. de re milit. probatum eſt etiam ꝙ Furnarius eſt, & erat lenis, humanus, alienusꝙ à dignitatibus conſequendis, quæ probatio inducit tertiam coniecturam. cum boni mores aquiſiti à natura non ſint mutabiles, † ad ꝙ facit quæ dicit Alcia. in 25. præſum. in ſecunda reg. in tra. de præſum. Item probatum eſt, ꝙ Furnarius fuit admonitus de captura Clementis, & noluit aufugere, quare ex ſpontanea conſtitutione † ſequitur quarta cõiectura ex his, quæ dicit Cep. conſi. 31. & Marſi. in. d. §. diligenter in fi. et con. 117. quinta ẽ cõiectura, quia Furnarius, fuit prouocatus, & nõ prouocauit, ut ſupra dixi. ſexta eſt coniectura, quia à ſeipſo, qui eſt ſenex, & grauis, non potuiſſet committere tam grande negocium, nec repertum eſt, ꝙ cũ amicis loquutus fuerit, & in hoc crimine, inter alia aduerti debet, an imputatus, † de ſe facere potuerit. d. l. famoſi, ff. ad leg. iul. maie. ſeptima coniectura elicitur ex proteſtatione per dictum Furnarium facta, ꝙ non intendebat uenire contra rempublicam, de qua etiam deponit Clemens in ſecundo examine, & in cæteris non contradicit, imo in tertio examine ubi de reſponſionibus Furnarii ſibi factis loquitur, dicit ꝙ non recordatur de omnibus uerbis, quæ dixerit ſibi Furnarius, unde ut ſupra dixi, credendum eſt rationibus, de quibus ſupra, ꝙ uerba de quibus Clemens non recordatur ſit prædicta proteſtatio, quæ quidem proteſtatio, ut dixi,

97

98

99

animum protestantis demonstrat, ut ultra allegatos supra inquit Lu
cas de Pena. in. l. curiales, penul. col. C. de prædi. curia. lib. 10:
& per Thom. Gram. in terminis huius criminis, in consi. 31. nu.
29. Octaua est coniectura, quia notorium est, posthabita colloquia
per Furnarium cum Clemente, quod uarii tumultus, & occasiones
occurrerunt in ciuitate Genuæ, in quibus potuisset Furnarius exequi
100 ꝙ sibi imputatur, quare † negatiua probatur, uidelicet non fecisse,
cum potuerit, & abstinuit, ut per glo. quæ est secunda, in princ. ff.
de uerb. oblig. & notat Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appe. a-
liæque multæ coniecturæ, seu præsumptiones ennumerari possent
ad fauorem qualitatis per Furnarium in confessione sua posite, sed
in his me firmare uolo, cum ex his concludere possim, ꝙ cum con-
tra qualitatem sepedictam, nullæ extent coniecture, & si quæ extant
101 per coniecturas facientes pro qualitate, retunduntur, † seu elidun-
tur, C. illud, de præsumptio. & præsertim cum sint numero plures
ut per Doct. in d. C. illud, quæ etiam, si essent pares, tamen quia,
quæ faciunt pro qualitate, sunt exclusiue delicti, quæ uero sunt con-
tra qualitatem, delictum includunt, ideo quæ sunt exclusiue delicti
102 attendi debent, ut † per Rom. in consi. 68. uisis in propositis, & per
Gram. in deci. 18. nu. 5. ¶ Et per hæc credo Furnarium esse absol-
uendum etiam à pœna secundi capitis decreti pariter mihi uidetur,
ꝙ nec in tertium caput prænominati decreti Furnarium inciderit, ꝙ
est aduersus illam, qui alicuius conspirationis, coniurationis, aut
tractatus facti, conscius fuerit, & non reuellauerit, &c. quia capien
do quamlibet partem de per se dicti tertii capitis, non solum credo,
ꝙ Furnarius factus non fuerit, conscius, uerum nec credo constare,
ꝙ interuenerit conspiratio, nec coniuratio, nec tractatus. nam con-
iuratio, & conspiratio, quasi idem, & unum est, & secundum Græ
cum dicitur fratria, ꝙ est plurium conuenticula, seu secta, & conue-
103 nit † pluribus aduersus principem, uel aliquem alium, ut per tex. in
c. coniurationem, & c. conspiratione, 11. q. 1. & est textus in l. 3.
§. si infra. ff. de re mili. & in cle. 1. § quia uero, de statu mona. & de
clarat Boer. in tra. de sedi. in secunda præsumptione, nu. 5. & Ale.
in consi. 15. nu. 14. uol. 6. & faciunt, quæ dicit Card. in cle. pasto-
ralis, de sententia, & re iudi. ubi est tex. & ubi Cardi. dicit, ꝙ con-
104 spiratio dicitur à con, & spiritu, uidelicet, † quando plurium spiritus
simul in malum conueniunt, & dicit in malum, quia etiam in bonũ
fieri potest, sed tunc dicit Cardi. non conspirationem appellandam
esse, sed concordiam, in casu autem nostro non constat, ꝙ plures in-
simul conspirauerint in malum, sed tantum, unus solum, uidelicet
Conestabilis, nec potest dici, ꝙ Furnarius interuenerit, ut unus ex cõ
105 spiratoribus, quia, cum conspiratio dicatur illa, † quæ est in malum, ut
per Card. in loco de quo supra, & ipse Furnarius huic rei non con-
senserit, nisi sine præiudicio reipublicæ, merito suus consensus non

intendisse

Intendisse uidetur in aliquam conspirationem, quæ fuerit in malum.
Et in rei ueritate non cognoscitur in processu pluralitas personarum,
quæ conspirauerint, sed per duas uices, quibus ex Gallia Frater Cle-
mens uenit, loquutus est cum Furnario ex parte Contest abilis, si igi
tur non apparet de conspiratione in processu, minus apparet de cō-
iuratione, quia ut dicit Card. in d. clem. pastoralis, ex mente Hug.
coniuratio, est plurium in unum iuratio, sed de hac non oportet du 106
bitare, quia ex processu non docetur, nec etiam in eo fit mentio cō-
tra rempublicam plures iurasse. Similiter, nec ꝙ tractatus interuene
rit apparet. Quia tractatus dicitur consistere in facto, † & non in uer- 107
bis, ut per Bal. in l. 2. in fi. C. de ope. liber, & est textus quem ip-
se ibi allegat in l. quidam filium, ff. de uerb oblig. & licet tractatus
habeatur pro facto † in crimine læse maiestatis, ut per Mar. in l. 1. 108
nu. 8. ff. ad leg. pomp. de parri. tamen istud non tollit ꝙ in ipso tra-
ctatu facta, & non tantum uerba interuenire debeant, ut puta,
ꝙ sicut Contestabilis dixit, ꝙ Rex, & ipse scriberent Comiti Tendæ,
& domino Centali ob istud negocium, ut se quatenus oportuis-
set, prępararent. Oporteret etiam constare, ꝙ ita sicut dictum fuerat,
dictis Centalo, & Tendæ scriptum fuisset, quia hæc non inducunt tra
ctatum, sed ordinationes, quæ faciunt ad rem. Si in executione po-
nantur, ut in exemplo Marsi. loco supra allegato, dū dicit si quis emis-
set uenenum ut patri daret, punitur ac si dedisset, quia in atrocissimis
inquit tractatum haberi pro facto, nō tamē dicit, ꝙ si aliquis dixisset
uelle emere uenenū, diceretur fecisse tractatū, ūde dicēdū ē, ꝙ quādo
doctores dicūt, ꝙ tractatus hētur pro facto i atrocissimis † intelligāt d. 109
tractatu cōposito al'r quā p uerba, ꝙ cōphēditur ex d. cle. i. uerb. quia
ꝙ tractauerat. Etꝙ Illus. Dom. ciuit. Genuæ i faciēdo decretū, habuerit
hāc intētionē iuri cōi cōformē, patet ex uerbis dicti decreti, quia ad
tollēdū dubiū, ꝙ tractatus non acciperetur pro eo tātū, i quo uerba i-
teruenissent, dixit coniurationis, conspirationis, aut tractatus facti,
nam si reputasset, uel reputare uoluisset, quod tractatus solummo-
do diceretur uerbis fieri, non apposuisset illud uerbum, facti, in de-
creto, quoniam quam primum uerba essent facta contra rempubli-
cam, factus diceretur tractatus, superfluumque fuisset addere illud,
facti, cum non imaginari possit, ad cognoscendum tractatum, ꝙ a-
liud per prius interueniat, uerba præcedens, eorū qui faciūt tractatū.
Imo dico ꝙ nedū ex dispositiōe decreti, uerū nec de iure cōi sola uer-
ba puniūtur i tractatu ēt i atrocissimis, nisi deuētū sit ad aliquē actum
ordinatū d p se, ad ipsū factū, ita Tho. Gra. i deci. 38. nu. 8. ūde ēt si de-
cretū nō punisset tractatū factū, sed simpliciter tractatū, intelligeretur
tamē iposuisse pœnā actui cōsūmato † i genere suo, ut p Fel. i. c. i. nu. 12. 110
de præsu. nec obstat ꝙ dicit Abb. in c. tua nup. nu. 6. de his quæ fiunt à
præl. ubi uult, ꝙ tractatus sit discussio circa rē thēdā in futurū. † Nec ēt 111
obstat l. & si amicis, ff. de adulte. ubi dicitur tractatum esse collo-

quium de aliquid faciendo, quia non nego esse tractatum, sed tamẽ
nego esse tractatum, factũ ꝙ requirit decretum, quare in tali tractatu
facto, non solum concludo, quòd non puniuntur uerba, sed etiam
112 non puniuntur actus remoti, † ut per Tho. Gram. in consi. 36. nu.
12. qui dicit ibi præparare uenenum esse actum remotum, & dare es
se propinquum. ¶ Et sic ex prædictis apparet, quòd nec conspiratio,
nec coniuratio, nec tractatus in casu præsenti interuenit. Sed posito
quòd omnia prædicta interuenerint, uel alterum eorum, quòd ta-
men nego, adhuc dico ipsum Furnarium in pœnam tertii capitis de
creti non incidisse, quia cum ut in illam incidat, requiritur, quòd
prædictorum, scilicet, conspirationis, coniurationis, & tractatus fa
cti, fuerit conscius, non uideo quomodo ipse fuisse conscium demõ
stretur, nam dictio, con, ut declarat Card. in clem. pastoralis, dum
113 declarat, quid sit conspiratio, dicit quòd idem † significat, quòd si-
mul, oportet igitur ut simul cum his, qui fecissent tractatum, Furna
rius scisset, quia in effectu ad hoc, ut aliquis dicatur conscius, opor-
114 tet, ut sciat rem, sicut ille, qui eam fecit, † ut per Sali. in terminis
proprie criminis læse maiestatis, in l. quisquis. §. penul. C. ad leg. iul.
115 maie. quinimo oportet, ut sciat cum omnibus † qualitatibus suis,
ut per Deci. in consi. 222. nu. 5. fortius dico, quòd nedum, ut con
scius, sicut requirit decretum, uerum nec, ut sciens potest reputari
116 Furnarius, quia † scientia proprie est uerorum, ut est glo. singularis
quam ponderat Bal. & Imol. in l. si paterfamilias, in fi. ff. de hære.
instit. & est glo. in l. duo §. penul. in uersi. sciens, ff. uti possi. pro-
pter quas glossas Franciscus Curtius in l. secunda §. quòd obseruari,
nu. 6. de iureiur. propter calu. dando, reprobat Bal. in c. fin. ex-
tra de iuramento cal. qui Bal. uoluit testem dicentem se scire quen-
dam alium occidisse, non probare, nisi dixerit, quia uidi, cum illud
uerbum scire possit capi dupliciter, uidelicet pro ueritate, & opinio
ne, nam dicit Curtius, falsum esse hoc dictum Baldi, quia uerbum
scire capitur pro ueritate, ut ipse demonstrat ex pluribus quos ibi al
legat, quando igitur Furnarius audisset à Rege, & à Contestabili, ꝙ
fecerunt conspirationem, &c. Posset forte dici conscius, quia uerba
proferentis declarãt animum, ut supra dictum est in aliis propositis,
sed quòd Furnarius talia audiuerit à Rege, & à Contestabili, in pro-
cessu nullum uerbum habetur, unde si, ut testis Furnarius examina-
retur, & diceret, prout dicit in cõfessione sua, ꝙ audiuit uoluntatẽ Cõ
testabilis à Fratre Clemente, sine dubio eius dictũ nõ probaret, tãquã
testimoniũ de auditu, quia testes deponere debẽt de his, quæ proprio
117 † sensu perceperunt. l. testiũ, & quòd ibi notatur per glo. & doc. C. de
testi. c. licet ex quadam eod. tit. c. testes. 3. q. quare nõ uerificatur ex
processu, quòd nedum sit conscius Furnarius, uerum nec sciens, quia
poterant stare simul, quòd Frater Clemens Furnario dixisset Conte-
stabilem fecisse tractatum, & tamen non esse uerum. ¶ Nec obstat, ꝙ
Frater Clemens uideretur esse unus ex facientibus tractatum, & ideo

si quid audiuit Furnarius à faciente tractatum censeri debeat audisse, quia primò dicitur, quòd dictus Frater Clemens in hac re non se intromisit per modum unius ex facientibus tractatum, sed per modũ exponendi uoluntatem Contestabilis, non enim dixit, ego cum Cõtestabili feci tractatum, &c. & dato, quòd ita dixisset, quod est falsum, non per hoc diceret Furnarius conscius conspirationis, & coniurationis; cum coniuratio; & conspiratio in esse non deducantur, nisi medio plurium in unum conuenticulam facientium, ut supra dictum est; quare & si Frater Clemens dixisset Furnario, ego sum unus de his, qui cõiurarunt, & conspirarunt contra rempublicam ciuitatis Genuæ una cum quibusdá aliis, non per hoc posset dici, ꝙ Furnarius esset conscius, quòd illi alii conspirassent, sed esset tantum certus, & ex Clementis uerbis, solum de uno, sed unus ex se, ut dictum est, coniurationem, nec conspirationem facit. Non etiam diceretur Furnarius conscius tractatus in personam Clementis, quoniam non satis est scire facta fuisse uerba de tractando, sed tractatus uere debet fuisse factus, cum eum tunc ius habeat pro tractatu, tum quia sic requirit decretum, uidelicet tractatum fuisse factum; & præsertim ultra prædicta, tractatus non potest considerari in personam Fratris Clementis, quia tractatus in eius personam, etiam si perfectus esset in genere suo, non esset punibilis, quia nemini uerisimiliter noculsset, quoniam licet ipse, ex persona sua scripsisset Comiti Tendæ, & do- 117
mino Centali, non tamen sibi, ut sibi patuisset, quare est decisio Fe
li. in c. i. de præsum. nu. 5. ubi dicit, † quòd conatus non punitur 118
si effectus uerisimiliter nemini nocuisset, imo Thd. Gra. inquit in
deci. 74. nu. 10. ꝙ pœna quæ imponitur ipso facto † intelligitur 119
imposita facto consummato; & hæc sint dicta ex abundanti, quia nedum Furnarius non fuit conscius de tractatu proueniente ex persona Clementis, sed etiam non potuit esse conscius de tractatu proueniẽte ex persona aliquorum aliorum; quia tractatus aliquis non fuit in esse deductus; saltem, ut requirit decretum; uidelicet tractatus factus, & per prædicta, nec etiam in secundum caput decreti Furnariũ incidisse arbitror.

Reliquum est modo, ut dicam, quid respondendum existimaui circa pœnam quarti capitis decreti, quòd est ultimum caput, cuius pœna dirigitur in eum, qui contra rempublicam, literas, uel nuntium, uel ambasciatam ab hostibus reipublicæ, uel aliqua alia persona, quæ contra reipublicæ statum tractare, uel machinare uellet, reciperet; etiam, quòd ipse recipiens ante receptionem nihil sciret, uel postea non adhæreret, teneatur notitiam facere, &c. Sub pœna exilii perpetui, uel alia corporali, uel pecuniaria usque ad ultimum supplicium inclusiue, secundum rei importantiam, & periculum, quòd potuisset incurri ex non manifestatione, dico igitur,

ꝙ postquam diligentissime uerba istius quarti capitis per me ponderata fuere, animaduerti Furnarium pœnam exilii perpetui non aliter euadere posse, quia, cum uerba dicti quarti capitis uerificentur in
120 personam Furnarii, etiam eius dispositio † uerificari debet l. 45. totiens. ff. de dam. infe. Rom. consi. 442. incip. ut decisionem accipiat, Bertr. consi. 348. col. secunda, uol. 2. cum simi. Quod autem uerba uerificentur, ut dictum est, notissime patet ex processu seu summaria, ex eo extracta, superius in allegatione seu Apologia præsenti descripta, ex ea enim cognoscitur, ꝙ Furnarius recepit nūtium, qui fuit Frater Clemens a' Contestabile, qui Contestabilis ex uerbis nomine eius per Fratrem Clementem Furnario nuntiatis, in effectu uidetur, ꝙ contra rempublicam ciuitatis Genuæ tractare, seu machinare uolebat, ideo licet Furnarius antea de hac re, nihil sciret, uel etiam deinde noluerit adhærere; ut patet ex protestationibus per eum factis, uidelicet, ꝙ contra rempublicam aliquid facere non intendebat, nihilominus huius pœnæ exilii perpetui reus est factus, cum rem non reuellauit, quoniam sic in hac parte decreti uerba cantant, & disponunt, & imprimis, & ante omnia, non reuellanti hāc pœnam imponunt, nec dicatur Furnarium non recepisse nuntium ab eo, qui tractare uellet contra rempublicam, forte sic opponens existimet uoluntatem Contestabilis non fuisse perfectam, quo casu
121 non diceretur uoluisse † tractare ex traditis, per Bar. in. l. si. ff. de rerum diui. & per Bal. in l. si prædium, C. edil. edi. ac per Felin. in c. sicut, de simo. in fin. quia respondeo uerum esse uoluntatem perfectam esse debere, in quantum non stet tantummodo in termi-
122 nis cogitationis, quia sola cogitatio † non est punibilis, l. cogitationis, ff. de pœnis, & per Bal. in l. si quis non dicam, num. 2. c. de episco. & cler. cum primi impetus non sint in potestate nostra, sed in casu præsentl dico, ꝙ uoluntas Contestabilis, non stetit in terminis cogitationis, sed imo processit ad deliberationem, & ad actus determinatæ uoluntatis, & in effectu ad illos aliquales actus, qui in atrocioribus sufficiunt ad demonstrandum uoluntatem, ut per Thom. Gram. in uoto 20. nu. 9. quia Contestabilis, per executione suæ uoluntatis, per duas uices ad Furnarium, Fratrem Clementem misit & etiam tertia uice eum mittebat, nisi dictus Frater Clemens captus fuisset, & casu quo diceretur, ꝙ pœna exilii perpetui simul cum aliis pœnis, de quibus in hoc quarto capite, esset arbitraria secundū importantiā rei, & periculum, ꝙ incurri ex non manifestatione potuisset, ꝙ tamen non uidetur uerum, cum illa imponatur simpliciter, & imprimis uerbis, deinde augeat decretum pœnas, secundum importantiam rei, & periculum, &c. Adhuc dico non alia pœna esse dictum Furnarium puniendum, quàm pœna exilii perpetui, ad ꝙ credendum moueor, quia posito, ꝙ dicta pœna non consideretur per prius instituta à decreto, sed mixtim cum aliis pœnis ibi expressis,

ſis,non eſt tamen expreſſe,& ſpecialiter prouiſum de certa pœna p decretum, ſed hoc per ipſum decretum remittitur in importantia rei, & periculo, &c. ex quo ſequitnr iudicis pœnã † eſſe arbitrariã, l. j. 123
§. expilatores, uerſi. iccirco cauſa cognita ff. de effracto, uerum eſt tamen ipſum iudicem arbitrium ſuum regulare oportere in cognitione cauſe circa importantiam rei, & periculum, cum ſic eum reſtringat decretum, ꝙ, cum iudici det libertatem condemnandi imputatum etiam in ultimo ſupplitio ſecundum importantiam, & periculum, &c. Non eſt dubium iudicẽ eius arbitrium ſuper prædicta pœna mortis, quæ eſt omnium aliarum maior, ſe firmare non poſſe, niſi in re non reuellata, continentiæ de qua ſupra, concurrerit maior importantia rei, & periculum totale, ſed iudex inhærebit arbitrio minoris pœnæ, quàm mortis, prout rem non reuellatam uiderit, uel mediocris, uel modice, ſeu minime importantiæ, & periculi,& hæc duo concurrere, ſcilicet importantia,& periculũ,&c. ideo oportet, cũ copulatiue in decreto deſcripta habeantur † ex his quæ dicit Bar. in 124
l. ſi is qui ducenta §. utrum, nu. 5. ff. de rebus dub. tum quia in facultate data iudici imponendi pœnam reo, hæc duo ſunt de qualitatibus à decreto requiſitis, quare diſpoſitio decreti effectum habere non poſſet, niſi qualitates ipſe † uerificarẽtur, ut per Bal. in l. ſi quis 125
non dicam rapere, col. 3. C. de epiſ. cler. per eundem in l. qui ad ciuilia, c. de app. & per Deci. in conſi. 64. col. 5. uol. 1. de importantia non eſt dubium, ꝙ concurrebat, & grandis, imo maxima, quia per Conteſtabilem nomine Regis Francorum, qui eſt Rex potentisſimus, & quidem de maioribus, qui ſub fide Chriſtiana dominentur, tractari intendebatur de ſubuertenda republica ciuitatis Genuæ, ſed ꝙ occaſione Conteſtabilis tractare ſimilia uolentis, res ob non manifeſtationem esſet in totali periculo, non ſolum deprehenditur, uerum nec apparet, ꝙ periculum eſſet mediocre, imo nec aliquale, quia cum dicat decretum ſecundum periculum, ꝙ potuiſſet incurri ob non manifeſtationem, ad potentiam † uerosimilem ad a- 126
ctum iudex animaduertere debet, l. 1. §. potuiſſe, ff. ad ſilla, Bar. in l. j. ff. de inui. rupt. & irr. teſtamento, quoniam igitur, quando in primo reditu Fratris Clementis ex Gallia, prædictus Frater Clemens loquutus eſt cum Furnario, ſibi dixit ſe à Conteſtabile miſſum, non aliam, ob cauſam, niſi ut Conteſtabilis nomine, ipſum certificet, ꝙ ſi Furnarius exiſtimaret ſe, uel occaſione tumultus, uel alterius rei, Regi ſeruire poſſe, tunc omne preſidium cum gentibus, & cum denariis, ꝙ opportunum eſſet, ipſiq; Furnario uideretur neceſſarium, Conteſtabilem præſtiturum, ex quibus euidenter conſtat, ꝙ, nec equites, nec pedites armati, nec triremes uerſus Genuam ad ipſius 127
Genuæ ſtatus, damnum per Conteſtabilem miſſi fuisſent, niſi prius de quantitate, quæ neceſſaria esſet, & de his, quæ pro expeditione rei Furnariis deſiderabat, ſeu uolebat ab ipſo Furnario monitus fuiſ-

set., quia hæc omnia, ut demonstrat processus, remissa erant in uolū-
tate Furnarii, & cum similiter ex processu appareat, ꝙ Furnarius nō
intendebat facere aliquid contra rempublicam, imo etiam, nec con-
tra ciuitatem, quando respublica cessasset, sequitur, ꝙ ex non mani
festatione eorum, quæ tentabantur per Contestabilem, nullum pe-
riculum imminebat reipublicæ Genuensi, quoniam nunquam Furna
rius Contestabilem monuisset ad mittendum gentes, & ipse Conte-
stabilis, uti prudens, ordinem datum non præterisset, quæ omnia
sic discursa, forte cuiuslibet iudicis animum ad absoluendum Furna-
rium in totum mouissent, ego tamen, qui pœnas, & absolutionem
propter uerba decreti ex arbitrio iudicis pendere uidebam, cogno-
uerimq; ex narratis in præcedentibus, non solum pœnis mortis, seu
ei proxima, esse arbitrandum, sed imo dubium quilibet esse debere
in aliis minoribus pœnis arbitrandis, uolui me firmare in pœna exi-
lii perpetui, quoniam consideraui, non posse negari, ꝙ contra bo-
nos mores Furnarius non fecerit, tacendo rem, generis, cuius erat
à Contestabile tentatam, imo præstando aures, licet animo, & inten-
tione, etiam protestationibus, de quibus supra, quoniam hic Furna
rius, cum ex uerbis sibi per Fratrem Clementem dictis nomine Con
testabilis, ipsum Contestabilem rei exequendæ cupidum uidisset, po
terat probabiliter dubitare eum illo interim alium Genuensem in si-
mili negotio requisiturum, magis ad ipsius Contestabilis uota solli-
citum, & diligentem, minusq; reipublicæ, ipso Furnario amicum,
nec dicatur Furnarium omnino absoluendum fuisse, quoniam in pœ
na infligenda per decretum, est restricta cognitio iudicis, & ipsum
arbitrium, ad importantiam rei, & periculum, &c. Sed cum peri-
culum nullum incurri posset, ex his quæ dicta sunt superius, quæ cō
firmantur ex quibusdam aliis uerbis, de quibus in summa processus
præcedenti, Furnario per Fratrem Clementem dictis, scilicet ꝙ effe
ctibus, & non dicta, uerbis rei erat tractanda, & ꝙ nec Rex, nec Cō
testabilis se ad denariorum præstationem, uel alterius rei mouerent,
nisi antea, ꝙ uel uellet, uel posset Furnarius intelligerent, cum pro
pter quæ uerba cognoscitur, ꝙ nullum periculum ob non manifesta
tionem, stante, ut apparet, ꝙ Furnarius nolebat, nec intendebat ali
quid facere, imminebat, ideo etiam, nec aliqua pœna, etiam pecu-
niaria dicto Furnario imponi debere uideretur, & tantomagis, cum
in ciuitate Genuæ extet statutum sub rubr. de extrinseco intellectu,
statuens uerba cuiuscunque statuti, & decreti, &c. Debere accipi,
prout iacent, quo casu stante tali statuto, à uerbis, sicut descripta
sunt recedere non possumus, quia interpretationem aliquam non pa
127 tiuntur, sed secundum grammaticalem constitutionem, sunt intel
ligenda. §. cæterum, in cle. exiui, de uerbo. signifi. Bal. in autentic.
si qua mulier, col. fi. C. de sac. san. eccle. Cur. Sen. in consi. 13.
Iason in consi. 57. uol. primo, & propterea si nullum imminebat

periculum, ſuper quo imminente periculo pœna ex diſpoſitione de
creti firmat pedes, nos iudices uerbis obligati, non poſſe debemus
aliis reſpectibus, & rationibus, quàm periculi imminentis impone
re pœnam, nam ad hoc argumentum reſpondeo, ꝙ decretum in di-
cto quarto capite punit, ac punitum eſſe uelle demonſtrat non ma-
nifeſtantē in caſu de quo ibi, & auget pœnam ratione imminentis
periculi, uſque ad mortem incluſiue, ſed tamen non dicit, ꝙ ſi ali-
quod periculum incurri non poſſet ob non manifeſtationem, ꝙ nō
manifeſtans, non ſit puniendus, imo & eo caſu punit, ꝙ ex augumē
to pœnæ, ratione imminentis periculi demonſtratur, non enim poſ
ſet augeri, ꝙ in eſſe † non eſſet deductum, l. quod manente, ff. de 128
præcario, l. eius qui. ff. ſi cer. pet. Sed hæc pœna pro illa accipie-
tur, quæ eſt exilii perpetui, quia primo loco poſita eſt, uel ſi nolu-
mus conſiderare ordinem, tunc pœnam hoc caſu interpretabimur
illam eſſe, quàm iudex arbitrio ſuo iudicandam exiſtimabit, cum
uerba decreti, in arbitrio iudicis, pœnas remittant, propter quòd
pœnam taxare omnino ab arbitrio † iudicis dependet, ut per Bald. 129
in l. quicunque, nu. 17. uerſi. ſecundo caſu, C. de ſerui. fugit. &
quanquam Furnarius ex late diſcuſſis ſupra, modice, uel nihil deli-
quiſſe uideatur, ſed tantummodo fuerit in aliqua culpa ob rem non
propalatam, & † pœna debeat comenſurari delicto, l. diuus, la ſe- 130
cunda, ff. de fal. l. miles § mulier, ff. de adulte. cum ſimi: ac in pu
niendo, † mitior pœna accipi debeat, reg. in pœnis, & reg. odia. 131
de reg. iur. in 6. ita ꝙ tantum in pœna pecuniaria Furnarius plectē
dus uideretur, nihilominus cum ſumus in arbitrariis, memini tradi
ta, per Bald. in l. quicunque, nu. 18. C. de ſeruis fugi. ubi inquit,
ꝙ in arbitrariis † iudex non debet eſſe nimis gratioſus, recte tamen 132
facere, ſi ad mitiorem pœnam tranſeat, quærēſq; ego inuenire, quæ
nam mitior pœna diceretur, reperi Sali. in l. i. nu. 31. uerſi. ex præ
dictis infero. C. de rapto uirg. † dicentem mitiorem pœnam, eſſe 133
mediam, habito reſpectu ad minorem, & grauiorem, unde in caſu
præſenti grauior ſine dubio reputari debet pœna mortis, cum ſit ul-
timum terribilium, & † omnia ſoluat § deinceps, in auten. de nupt. 134
minor uero eſt cenſenda pœna pecuniaria, qua pecuniaria, quæ-
libet corporalis eſt maior, non immerito igitur exilium perpetuum
pro media pœna eſt accipiendum, quæ tamen eſt ualde notabilis pœ
na, quando exilium ſit perpetuum, & non temporale, quoniam tūc
† perditur ciuitas, ut eſt glo. in l. exilium, ff. de interdi. & releg. In 135
opinione igitur puniendi Furnarium pœna exilii perpetui perueni,
& etiam pœnæ grauiori conſenſi, ut ex ſententia ſuperius deſcripta
apparet, cum maximè in ea legatur, exilium, quo ad locum, non ad
noſtrum, ſed Illuſtriſſimæ Dominationis Genuæ arbitrium remiſſum
fuiſſe. Quanuis non, niſi difficile, conſcientiæ meæ perſuadere po-
tuerim dictum Furnarium, etiam pœna exilii perpetui reum uideri,

sed quare non tantum in hac pœna, sed etiam eum maiori puniri cō sin ille uidear inferius postquā quęsiero, an secundum leges communes, præter decretum. pœna mortis puniendus esset Furnarius. respondebo. Circa igitur articulum, an Furnarius, secundum leges cōmunes pœna mortis puniendus esset, cum uigore delegationis in nos iudices factæ, non tantum eum, secundum dispositionem decreti, uerum, & secundum legum dispositionem iudicare debebamus. Dico me in primis cunctas leges de crimine læsæ maiestatis uidisse. Necnon omnes casus enumeratos in hoc crimine per Mat. de Affli. in tit. quæ sint regal. in §. & committentium bona, discurrisse. Nec unquā reperi ex processibus, Furnarium aliquid tale fecisse, propter ꝙ, secundum legum dispositionem pœna mortis puniri deberet. Duo tamen tantum me in hoc articulo dubium reddiderunt, primū est, quia licet Furnarius tractauit de republica post rempublicam, protestando, ut supra, tamen in crimen lesæ maiestatis incidisse uidetur, ex his quæ dicit Mar. in consi. primo, nu. 22. loquens, de eo qui ante mortem Regis tractauit de Regno, & Dominio Regni, qui id sentit ibi argumento eorum, quæ dicit Io. And. in c. ueniens. de testi. sequutus ab Alex. in l. i. ff. ad leg. iuliam maie. ubi uolunt,
136 ꝙ tractantes † de papatu, in uita papæ, incidant in crimen lesæ maiestatis, per c. si quis Papa 79. distin. Ad hoc tamen dubium, de iure, pluribus modis respondere credidi. ¶ Primo quia dato, ꝙ supradicto respectu, Furnarius incidisset in crimen lesæ maiestatis, tamen, quia, ut apparet in processu, id fecit intuitu causæ prætensionis falis, ideo propter dictam causam, etiam si esset iniusta, Furnarius excusatur à dolo, & à pœna in quam incurritur ratione doli, etiam in crimine lesæ maiestatis, ut per Bertrandum supra allegatum, in d. consi. 240. & per Aymo. Cr. in d. consi. 6. ¶ Secundo dico ꝙ Io. And. Alex. & Mar. loquuntur, quando fiebat tractatus aduersus successorem Regni, & aduersus futurum Papam eligendum. & sic contra successores, quare idem erat, ꝙ contra Regem, & Papam,
137 quia successor unus, & idem uidetur † cum antecessore, l. cum proponebatur, ff. de iudi. Sed hic aliud est, quia quando respublica nō esset respublica, non posset dari, nec imaginari alia respublica succedens, sed tantum unus, uel plures tyranni. ¶ Tertio dico, ꝙ cum allegati doctores fundent se super c. si quis Papa, ibi tantum imponitur pœna priuationis sui honoris, ideo hæc eadem pœna esset imponenda Furnario in casu nostro, & non pœna mortis, casu quo hoc reputetur crimen læse maiestatis ex dispositione, d. c. si quis Papa, tanquam, quod si lex ciuilis non prouidit circa hunc casum, in hoc subintret lex canonica, quam ciuilis non dedignatur, supernon pro
138 uisis ab ea, † imitari, & sequi ut est tex. in auten. de eccle. tit. in prin. & in auten. ut cler. apud propr. epis. ad fin. Ideo licet in crimine læse maiestatis, pœna sit mors l. quisquis, C. ad leg. iul. maie. tamen

men hoc casu erit priuatio loci, quia in casu non prouiso per legem ciuilem seruatur † lex canonica, ut per Abb. in, c. i. nu. 6. de noui. 139
ope. nun. Sed cum ratione criminis lesæ maiestatis, punitur non reuellans per decretum, non debent tali delinquenti duæ pœnæ imponi, stante statuto sub rubr : quod sola pœna, superius per me citato, ¶ Quarto dico, quod de iure communi non committitur crimen † lesæ maiestatis aduersus illos qui propter se principaliter exercent iurisdictionem, ut facit respublica Genuæ ita deciditur per 140
Phili. Deci. in consi. 410. in ultimis uerbis, qui uult quod tantum committitur crimen lesæ maiestatis aduersus principem, & eius officiales, qui nomine illius administrant. ¶ Quinto dico quod licet Io. Andr. dicat, quod committatur crimen lesæ maiestatis, in c. si quis Papa, illud tamen aliqua lege non probat, nec illud capitulum, si quis Papa, hoc dicit, uidelicet, quod id sit crimen lesæ maiestatis, quare, quod lex non dicit, † nec nos dicere debemus, l. illam. C. de 141
colla. & ibi Deci. ¶ Sexto potest etiam responderi, quod posito, quod polliceri suffragium, uel alia facere, de quibus ibi in c. si quis Papa, esset crimen lesæ maiestatis, tamen apparet ex processu, ut sæpe superius dictum est, & colligitur ex examinibus Furnarii, quod etiam post rempublicam extinctam Furnarius aliquid de promissis non intendebat facere. Ex quibus omnibus responsionibus, & ex qualibet de per se, patet præcedens dubium in totum cessare, & remoueri. Secundum dubium, quod secundum ius commune mihi obstare uidetur, Illud est, quia Furnarius à Fratre Clemente sciuit, quod Contestabilis intendebat subuertere rempublicam ciuitatis Genuæ, ex hoc enim uidetur, quod Furnarius inciderit in opinionem Bart. positam in l. utrum, nu. 3. ff. ad leg. pomp. de parri. uolentis, quod non tantum ille, qui commisit crimen lesæ maiestatis, uerum, & qui sciuit dictum crimen fuisse commissum pœnæ illius criminis reus efficiatur, cuius opinio, quanquam rigidissima uideatur, † & propter hanc opinionem existimauerint nonnulli 142
animam Bar. in inferno cruciari, dicentes etiam, omnes illos iudices, qui hunc opinionem sequuntur homicidas esse, tamen in practica seruatur hæc opinio, quia non reperitur de hoc † casus decisus 143
sicut attestatur Feli. in c. i. nu. 3. de offi. iudi. deleg. & seruatur, dico saltem limitata hoc modo, quando delictum posset † probari, 144
ut per Hipp. de Marsi. in d. l. utrum, & per Math. de afflí. in tit. quæ sint reg. & committentium bona, nu. 103. & per Deci. in l. culpa caret, nu. 11. ff. de reg. iur. Hoc tamen dubio, sic ut supra opposito, non obstantibus his de quibus in processu credidi, & credo Furnarium pœna mortis non esse puniendum. ¶ Quia primo dico, quod concesso, quod seruaretur opinio Bart. in pratica, quando delictum posset probari nos esse in casu, quod delictum non erat probabile, quia si uolumus præsupponere, quod præter Fratrem

Clementem, aliqui essent, qui huius rei haberent noticiam, hi tamen, ut ex processu apparet, non poterant esse personæ, nisi extra prouinciam Liguriæ commorantes, quæ ad testimonium cogi, seu
145 astringi † non poterant, ut per Firma. in §. testium coactio, uers. testes extra prouinciam, solus remanebat Clemens, qui cum esset clericus, in eum iudex laicus iurisdictionem aliquam non habebat,
146 ita ꝙ sine licentia † episcopi per iudicem laicum examinari non poterat, ut per Inno. & alios in c. i. de iura. calum. & dato quod licentia obtenta fuisset, ipse solus ex his, quæ supra dixi, delictum commissum fuisse non probasset, & aduertatur, ꝙ qualitas clericatus in Clemente, ultra alios effectus, hunc operatur, ꝙ si aliquid fecisset contra rempublicam Genuæ, per ꝙ factum, alii Genuenses, seu Genuensibus subditi in crimen lesæ maiestatis incidissent, quanquam hic Clemens, uel ratione originis, uel alio respectu esset de subditis
147 reipublicæ, attamen tale crimen per eum non diceretur † commissum, ita determinat Nicola. Boer. in tract. suo. de sedi. in §. præsuppono etiam nu. 3. cuius sententiæ plures, quos allegat, fuisse dicit. ¶ Secundo ad præcedens dubium, respondeo, ꝙ licet Bar. dicat scientē in crimine lesæ maiestatis puniri, sicut ille qui delictum committit, & licet Feli. dicat, ꝙ opinio Bart. seruatur in pratica, nihilominus uidemus plures doctores dicere, ꝙ iudices sequentes opinionem Bar. sunt homicidæ, sicut dixit Bal. Sali. & Ang. quos refert Feli. in d. c. i. Nec refert, ꝙ ipse Feli. dicat opinionem Bar. seruari in practica, & si, ut Bar. dixit in l. de quibus nu. 21. in repe. ff. de
148 legi. † doctori excellenti, attestanti de consuetudine, esset creden-
149 dum, quoniam imo hoc ēt falsum, ut patet ex his, quæ dicit Are. in consi. 133. 4. col. ubi inquit Imol. in l. i. §. nunciatio, ff. de noui.
150 oper. nuntia. dicere hoc forte procedere † solum, quādo communis opinio assereret consuetudinem aliquam esse, tunc posset præsumi pro tali consuetudine, & in effectu ex pluribus rationibus dicit ibi Are. ꝙ nunquam sibi placuit dicta opinio Bar. in d. l. de quibus, huiusmet sententiæ Areti. fuit Cor. in consi. 83. in litera O in quarto uolumine ubi dicit hoc esse maximé absurdum, quia consuetudines ex tempore præsertim uariari, solent, & multa fuerunt in usu, quæ nunc sunt mutata, & ita admiratur de decisione Bar. in d. l. de quibus, ꝙ dicit tenere, & multos tenuisse Bar. d. l. non repe-
151 tiisse, † & indebite sibi ascribi, cum stillus, de quo ibi, sit diuersus à stillo Bartoli, & hanc opinionem, ꝙ non sit credendum doctori, attestanti, &c. inquit Deci. in consi. 142. nu. 5. esse modernorum repetentium, d. l. de quibus, & in d. consi. ipse Deci. hanc sequitur, à quo, & à quibus non dissentit Bert. in consi. 120. in tertio uolumi. & in dictis locis adducunt rationes doctores allegati, quæ sunt euidentes, & ipsemet Feli. in c. quante. nu. 4. de sententiarum excom. dicit postquam retulit plurimos damnare opinionē

Bar. ꝙ non est intelligendum, ꝙ pœna mortis sciens debeat puniri.
Si ergo nō est intelligendum, sequitur falsum fuisse, quod asseruit, in
c. i. de offi. deleg. uidelicet, ꝙ seruetur in pratica scientem pœna
mortis esse puniendum, cum ad communis praticæ intelligentiam
astricti † sumus iuxta late cumulata per Io. Ne. in sua silu. nup. pag. 152
70. ¶ Tertio respondeo, ut supra dixi in discussione pœnarum decre.
ti, uidelicet, ꝙ cum Bar. dicat puniri scientes pari pœna, &c. Ad-
uertendum esse scientiam dici uerorum, ut per glo. in alleg. l. si pa
terfamilias, in fi. ff. de hære. insti. Nec dicitur aliquis scire nisi qui
certitudinarie. per sensum perceperit aliquid cui † sensus, ratione 153
subiecti, adapertur, ut per Bar. in l. i. in fin. ff. de interr. actio.
Bal. in tit. si de feud. in. contr. inter. dominum, & ua. in c. uassal
lus, circa principium, sed quia Furnarius, non à Contestabile, qui
ut apparet in processu, tractatum facere uolebat contra rempublicā
ciuitatis Genuæ, similem eius intentionem audiuit, sed à Clemente
ideo non potest dici ueræ talem intentionem Contestabilis sciuisse,
cum potuerit clemens Furnario dicere Contestabilem esse animi tra
ctandi contra rempublicam, & tamen hoc esse falsum. ¶ Confirma-
tur, ꝙ Furnarius, huius rei non habuerit ueram scientiam uolunta-
tis Contestabilis, etiam ꝙ uera scientia posset dici haberi per ea quæ
Furnarius audiebat à Clemēte, quod tamen est sine dubio falsum, quia
ut apparet in processu Contestabilis, quæ se uelle facere dicebat, no-
mine Regis se facturum affirmabat, & tamen habemus in processu,
ꝙ quando Furnarius Clementi dicebat, ꝙ se Regi obtulerat in rebus
honestis, sine præiudicio reipublicæ, ꝙ Frater Clemens sibi dixit, ꝙ
faciebat, ut quilibet uir probus, cum contra suam republicam quic-
quam tentare nollet, & ꝙ hoc Rex ipse laudabat, hæc enim uerba si
non certū Furnarium reddere poterāt, ꝙ Rex non desideraret ab
eo aliquid contra rempublicam, attamen illum ambiguum de uolun
tate sua, saltem probabiliter faciebant, sed ꝙ aliquis rem aliquam
non sciat, huius est euidens argumentum, † quando de illa re dubi- 154
tat, seu dubitare potest, l. fin. §. sin autem nescius, & ibi Bar. & Ang.
C. de fur. Bal. in l. leges sacratissime, C. de leg. Alex. in consi.
37. incipiente in causa mota. uol. primo. ¶ Quarto dico, ꝙ cum
opinio Bar. de qua in d. l. utrum, & etiam, in l. i. in §. occisorum,
ff. ad sen. con. silla. ubi idem concludit, sit fundata in l. quisquis.
qua ipse mouetur. C. ad leg. iul. maiesta. propterea † suam opi- 155
nionem intelligere debemus, secundum legem quam allegat l. non
solum §. si liberationis uerba, ff. de liber. leg. Affli. in deci. Rot.
Neap. deci. 321. nu. 16. Sed in d. l. quisquis, Imperator utitur iis
uerbis, etiam de satellitibus, consciis, atque ministris filiisq; eorum.
simili seueritate censemus, ex quibus uerbis apparet Imperatorē, non
simpliciter punire consciū, sed cōsciū satellitē, cū uero apud huma-
niores hi reputentur satellites, qui uel mercede conducti sunt ab ali-

156 quo potente, uel qui ad capiendos delinquentes † praeponuntur te. ste cale. in ipso uerbo, horumque manifestum sit Furnarium neutrum fuisse, ideo ab re est quaerere, an comprehendatur sub l. quisquis. Qui Furnarius nec etiam sub ea, ut conscius simpliciter com-
157 prehendi posset,† cum conscius, ut declarat Sali. in d. l. quisquis § fi. dicatur, simul scius, qui pariter rem scit, seu sciuit, sicut ille qui fecit. ¶ Quinto dico, ꝗ lex quisquis, qua mouetur Bar. in locis praeallegatis ad tenẽdũ illã inhumanã opinionẽ, & tã ab omnibus damnatã, loquitur ex mẽte glosae ibi in cõscio cõspirationis, cũ puniat tex. in fin. conscios criminis, de quo supra loquutus est, scilicet in dicta lege, sed supra loquitur imperator de his, uel eo qui iniit factionem cum militibus, uel priuatis Barbaris etiam. Et glo. ibi in uersi. factionem, exponit id est conspirationem, sed ut supra demonstraui in discussione poenae tertii capitis decreti. Nulla in praesenti imputatione interuenit conspiratio, & si quae interuenit, eius non fuit conscius Furnarius, ut pariter dicto loco per me demonstratum est. ¶ Sexto dico, ꝗ si recipimus uerba Bar. prout stant in locis ubi tenet praedictã opinionẽ. In l. i. in § occisorũ, dicit ꝗ punitur sciẽtia, ꝗ maleficio cõmittẽdo. In l. utrũ, dicit ꝗ punitur sciẽtia de maleficio, ꝗ debet cõmitti, &c. Sed in casu nostro, si recte aduertimus ad processũ, hic dato, ꝗ Furnarius eẽt sciens. Nõ potuit eẽ sciẽs de maleficio cõmittẽdo, nec ꝗ maleficio ꝗ deberet cõmitti cõtra rẽpublicã ciuitatis Genuae ex quo Frater Clemens ex parte Contestabilis Furnario dixit, ꝗ cum gentibus, & denariis daret omne praesidium, quod esset oportunum, ipsiꝗ Furnario uideretur necessarium, & in alio loco dicti processus apparet Clementem Furnario dixisse, ꝗ effectibus, & non uerbis res erat tractanda, & ꝗ nec Rex, nec Contestabilis se ad denariorum praestationem, uel alterius rei mouerent, nisi antea quid uellet, uel posset Furnarius intelligerent, ex his apparet, ꝗ aliquod malum, seu damnum non erat committendum contra rempublicam ciuitatis Genuae, nisi prius à Furnario ordines prouenirent, sed quia se deliberauerat Furnarius, ut dicit in processu, nunquam aliquid facturum, nec ordinem aliquem daturum, ideo Furnarius non tantum erat conscius maleficii committendi, sed imo erat certus, ꝗ ex hoc negocio, cum in uoluntate sua erat remissum, nullum maleficium sequi debebat. ¶ Septimo dico, ꝗ allegata l. quisquis, loquitur à principio, de his qui conspirassent, seu tractassent contra Principem, & ita uerba legis demonstrant, & glo. ibi, & doctores scribentes super dictam legem sic sentiunt, imo Alber. in d. l. col. fin. dicit, ꝗ omnes, qui tractant contra Imperatorem incidunt in crimen lesae maiestatis, quoniam imperator omnibus praeest, deinde lex illa in fin. dicit, ꝗ qui cõscii fuerint eorum quae dicta sunt in illa lege superius, si ergo superius dictum est, de incidentibus in crimen lesae maiestatis per tractatum, sequitur ꝗ in fine puniuntur conscii illarum rerum, quae tracta-

ta

ta sunt per eos, quæ sic tractando, in crimen lesæ maiestatis incidebant, unde ex dispositione illius legis, non dicetur puniri ille qui fuisset conscius tractatus alicuius, qui sic tractando non incideret in crimen lesæ maiestatis, sed in casu nostro, posito ꝙ Furnarius fuisset conscius eorum, quæ tractasset, seu tractare uoluisset Contestabilis, non diceretur tamen conscius uoluntatis alicuius, qui sic tractando incideret in crimen lesæ maiestatis, cum Contestabilis non sit subditus reipublicæ Genuæ, & in non subditis non cadit crimen lesæ maiestatis, † ut per Boer. plures alios ad hoc ibi cumulantem in tra. suo de sedi. in §. præsuppono, nu. secundo. ¶ Octauo dico ex mente Sal. in d. l. quisquis, in §. fin. ꝙ sicut ibi ipse concludit, ꝙ sciens excusetur, † quando iusta causa retentus fuit ad tacendum, ut ibi dat exemplum in multum coniuncto, ita & Furnarius excusari debet ut saltem mitiori pœna puniatur, quàm mortis, ut & ibi ipse Sali. concludit, cum Furnarius in casu isto iuste debuit posse tacere, ne impediret, reuellando, executionẽ crediti sui causa salis, ut dicitur in examinibus, in quo credito consequendo medio multorum, & maximè Domini Cadurcorum, ut literæ nonnullæ exhibitæ faciunt fidem, multum prius Furnarius laborarauerat, de cuius crediti exactionis difficultate inter cætera patet per attestationes, tam Clementis quàm Furnarii, & licet Salicetus decisionem prædictam dubitatiuè firmet, dicit tamen se dubitare illã firmare in crimine lesæ maiestatis de quo in d. l. sed ut supra demonstraui in casu nostro, non sumus aliter in crimine lesæ maiestatis in terminis illius legis. ¶ Nono dico ꝙ esto ꝙ Furnarius fuerit conscius criminis lesæ maiestatis, nec aliqua ex prædictis responsionibus procederet nihilominus non pœna mortis, † sed relegationis, uel alia simili puniendus esset, ut per Fel. in d. c. i. nu. 4. de offi. deleg. & per eundem in d. c. quante, de sent. excom. per Alex. in d. l. utrum in Apostilis, per Bru. in cons. 28. per Are. in tra. malefi. in uersi. che hai tradito la mia donna, & per alios multos in diuersis locis, & est communis. ¶ Decimo respondeo, ꝙ ex quo decretum, de quo supra in quarto capite, imposuit pœnam scienti, & non reuellanti remittendo dictam pœnam in arbitrio iudicis, secundum importantiam rei, & periculum, quod potuisset incurri, &c. Ideo à dicta pœna arbitraria, recedendum non est per † pœnam secundum legem communem impositam, ex his quæ dicit Decius in c. de causis, nu. 28. de offi. iudi. deleg. ubi inquit. ꝙ hoc totus mundus obseruat, & ꝙ ita alias disputatum fuit Genuæ, & conclusum, sed maximè hoc nunc in ciuitate Genuæ obseruari debet, cum in ea extet statutum, ꝙ una pœna, &c. Volens dictum statutum, ꝙ pœna imposita à statuto, faciat cessare pœnam legis communis. ¶ Et sic ex his decem responsionibus, & ex qualibet earum de per se, credo sublatam esse difficultatem orientem ex allegata decisione Bartoli, de qua supra. Propter prædictas igitur rationes per

158 159 160 161

me tam in discusione pœnarum decreti, quàm legis communis supra descriptas, quas sepe uidi, atque reuidi, totoque tempore ad iudicā dum dato, die noctuq; diligentissimè consideraui, firmiter credidi, φ si Furnarius, aliqua pœna puniendus esset, non alia pœna puniendū censeri esse deberet, quàm arbitraria, & hoc credidi, siue legem decreti, siue communem attenderemus, & quando in præsenti causa solus iudex fuissem, in grauiorem pœnam arbitrium meum non firmassem, quam in pœnam exilii perpetui ex causis maximè, quæ in quarto capite decreti dixi, quoniam in rei ueritate, etiam qui esset facilis magis ad credendum malum, quàm bonum, ex processu Furnarii, de aliquo eius crimine certior fieri non posset, sed tantum de

162 eo forte aliquantulum suspicare. De suspitionibus † autem aliquem non debere damnari diuus Adrianus aufidio seuero rescripsit, ut attestatur Vlpianus in l. absentē. ff. de pœnis, nihilominus, cum pœna in præsenti casu utraque lege, tam communi, quàm decretali

163 efficiatur arbitraria, & arbitrium † non in una re tantum, sed in pluribus respectibus, rationibus, ac causis fundari debet, ut per Bar. in l. i. nu. 14. ff. de leg. secundo, & inter alios respectus considerauerim, φ in ciuitate Genuæ iam paulo ante contigerat per duas uices, alteram comitis Flisci, alteram Domini Iulii Cibo ciuitatem in maximo periculo fuisse constitutam, quare similibus periculis sepe cō

164 tingentibus ulpia, in l. aut facta in fin. ff. de pe. † supplicia exacerbenda censuit, & cum etiam ex re notoria, nō me lateret Genuenses ad reuolutiones, tēporibus exactis, pro nos & faciles fuisse. Vnde ad

165 exēplum quādoque populi † pœnā augere licet. §. sed quod principi. Et ibi Doc. insti. de iure nat. gen. & ciui. Non in minorem pœnā exilii perpetui Furnarium punire unquam existimassem, quem, si prædicti respectus non concurrissent, uel forte ipsum absoluissem, uel tantum in pœna pecuniaria condemnassem. Condemnare autem illum in grauiorem pœnam exilii perpetui, non fuisset in me possibile, Admonitionum, quibus omnes nostri libri ciuiles pleni sunt,

166 non oblitus, uidelicet, φ iudex semper debet esse magis † pronus ad absoluendum, quàm ad condemnandum, l. absentem. ff. de pe. & quod licet simus in causis grauioribus, tamen seueritati legum beni-

167 gnitatis temperamentum † subsequi debet, l. respiciendum, uersi.

168 plane eod. tit. ff. de pen. Et quod in pœnalibus † mitior interpretatio semper est accipienda Reg. in pœnis, & reg. odia. de reg. iu.

169 in 6. & quod in arbitrariis † qualitas personarum est consideranda, ut per Bal. in l. fin. C. de obse. pat. præstan. Et φ habenti dignitatem, ut Furnarius habebat, qui postquam fuit dux in ciuitate Genuæ

170 in eadem remasit procurator perpetuus, † minor est, quàm cæteris, infligenda pœna, l. moris. §. ille fere, ff de pen. & φ in arbitrariis iu

171 dex † æquitatem sequi tenetur, ut per Inno. in c. i. de constitu. quē refert, & sequitur Bar. in l. i nu. 5. ff. de leg. Et φ quando iudex

iustam pœnam eligere nollet, potius eo casu † minori, quàm maio- 172
ri pœnæ per eum in hærédum esset, d. l. absentem, in fin. & ut alia
multa existant ad hoc propositum, quæ non expedit referre, cum
relata sufficiant. ¶ Et ne forte quis dubitet quare subscripserim me
sententiæ inferenti Furnario maiorem pœnam, quàm exilii perpetui
cum non tantum, in ea sententia, Furnarium relegari mihi placue-
rit, ex qua relegatione, & si in perpetuum imposita, nihilominus
ciuitatem, & testi factionem retinet, l. relegatorum § hæc est dif-
ferentia, ff. de interdi. & releg. uerùm uoluerim ipsum per dictam
sententiam, omni honore, & cingulo dignitatis priuare, quæ priua
tio, non relegati in perpetuum, sed deportatorum in insulam con-
ditionem respicit § cum autem, iuncta glo. in uersi. statim institu.
quib. mod. ius, pat. potestatis solui. Respondeo, quod in hac re, cum
haberem duos Magnificos legum doctores, & doctrine, & experien
tiæ uiros consummatos, mecum ad iudicandũ deputatos. Post quo-
tidianas disputationes inter nos de huius iudicii difficultatibus habi-
tas, eos concordes opinari Furnarium esse reũ mortis noui, quod e-
go, ex rationibus per me allegatis, minimè credebam, sciensque iudi-
cium mei solius, ex dispositione decreti, ipsis insimul aduersus illud
concordibus, nihil ualere. Ne ex eorum sententiis moreretur, quẽ
non moriendum arbitrabar, tentaui, si proponendo pœnam aduer
sus Furnarium grauiorem, quàm exilium perpetuum esset, quæ in eo
grauior est, quia extra nostrum arbitrium, locum exilii remittendũ
proponebam, & Furnarium dignitate priuandum dicebam. Ipsos
iudices ab opinione contraria remouere possem. Ea intentione du-
ctus, quod si tali pœnæ grauiori, ut supra, acquiescerent, cum esset satis
minor pœna, quàm pœna mortis, quod secum damnum irreparabile
portat, in eam quoque ego uelle transire, quodque tentaui, successit. Idque
rectè factum fuisse tuta conscientia, & sine culpa, penes Deum, &
homines ex infrascriptis demonstro. ¶ Quo ad conscientiam, moue-
or primo, quia in me firma uigebat conscientia, quod Furnarius ad mor
tem non esset condemnandus. Conuenit ergo quod iudicarẽ, seu in illã
sentẽtiam transirẽ, qua ipse Furnarius euitabat pœnam conscientiæ
† meæ repugnantem ex traditis per Abb. in c. pastoralis, in § quia 173
uero, nu. 8. de offi. & potesta. iudi. deleg. ubi Abb. postquam
late disputauit, an contra, uel secundum conscientiam, iudex iudica
re debeat, dixit quod nunquam iudex contra conscientiam iudicare de-
bet, & allegat tex. in c. cum æterni, de re iudi. in 6. qui tex. est
notabilis, ad hoc propositum, maximè ibi in uersi. præsenti, dum
dicit præsertim in concipiendis sententiis, & ferendis, Deum præ
oculis habeat solum, cui conferunt ea quæ dicit Feli. in d. § quia ue-
ro, ubi constituta regula, quod iudex † secundum allegata, & probata 174
iudicare debet, & non secundum conscientiam, dicit in tertia limi-
tatione hoc non procedere ex mente Inno. quem sequitur Ang. in

ueritas, uel inhærendum opinioni per quam uitetur imputató pœ-
na non debita ultimi supplicii, dico tali casu per iudicem, uiam
illam esse eligendam per † quã utrique parti consulit, ex his quæ di- 180
cit Alex. in l. 1. in ultimo nota, ff. si quis caut. quem sequitur Aff.
in deci. 373. ubi inter alia exempla infert Alex. ad appellationem,
quando iudex est dubius, an sit ei deferendum, & dicit eum teneri
deferre, quia illo modo consulit utrique parti, & Io. And. Hostie.
Specu. Bal. & alios allegat, in casu autem præsenti, si aduertatur,
inhærendo opinioni, per quam reo mors uitebatur, erat pertransire
ad uiã per quam utrique parti prouisum eēt, fisco, quia reus non re-
manebat impunitus, reo; quia mortis pœna non puniebatur, quæ si-
bi damni irreparabilis pœna fuisset, & pro hoc fundamento facit de-
cisio Io. Neui. in silu. Nu. lib. 6. nu. 4. † ubi dicit iudicem dubium in ali- 181
quo articulo, & quo ad Deum, & quo ad mundum excusari, si iudi-
cat secundum suam conscientiam. ¶ Quinto moueor, quia ubicun-
que periculum animarum concurrit, tunc non oportet iudicem ob-
seruare apices iuris, † sed de facto prouidere potest ex Abb. in c. in 182
literis, nu. 2. de resti. spol. quem sequuntur communiter alii Ca-
non. Sed si remãsissem ego in opinione mea, quam sic ad apices iu-
ris tenendam credebam, cæteri iudices Furnarium ad mortem con-
demnassent, sicut ex eorum uerbis cõprehendere potui, merito ne, ꝙ
non erat fiendum, fieret, de facto potui prouidere, augendo pœnã
præter terminos, & iuris apices inferendam. ¶ Sexto moueor, quia
licet iudex stateram in manu gestare debet, & in utroque penso iu-
sticiam, & misericordiam † portare, ut sunt uerba textus in c. com- 183
munis, distin. 5. Attamen, quando non est possibile, ꝙ utrunque
seruetur, melius est reprehendi † de misericordia, quàm de seuerita- 184
te ex Abb. in c. estote, nu. 3. de regu. iur. qui allegat tex. in c. al-
ligant 26. q. 6. ¶ Septimo considero, ꝙ ut supra demonstraui,
Furnarius, siue ex decreto, siue ex lege communi puniendus fuisset,
pœna tamen utroque casu erat arbitraria, & cum in arbitrariis iudex
æquitatẽ sequi tenetur, ut per Bar. in l. 1. C. de leg. † Equitasq́ 185
est, sicut Olden. in tra. actio. lo. in § omnes, nu. 20. de ea loquen-
do respondet, mitigatio legis scriptæ in aliqua circunstantia, utpo-
te rerum personarum, ac temporum. Ideo quanquam ex me, quan-
do solus iudex fuissẽ, arbitratus essem solum in pœnam exilii perpe-
tui, uidens tamen dominos coniudices, diuersos cognoscensq́, ꝙ si
augebam aliquantulum pœnam, dictos iudices remouebam ab opi-
nione, quæ non mihi iusta uidebatur, cognitione igitur istius æqui-
tatis, debui me mouere ad iudicandum prout feci, nec in æternum
me adhærere sententiæ mortis, cum certus essẽ, & firmiter tenerẽ il-
lam pœnam non esse dandam, & hoc maximè ex his quæ habentur
ex summa Angelica in uerb. iudicare, nu. 5. uersi. & sic concludo,
ubi auctor post late examinatam quæstionem, an iudex secundum al-

legata, uel secundum conscientiam iudicare debeat, dicit, & sic concludo, quod condemnare aliquem, nullo modo licet iudici contra ueritatem, de qua ipse certus sit, absoluere autem bene potest, si probationes non sunt legitimè. His igitur septē fundamentis principaliter, & aliis multis, quæ breuitatis studio omitto, in iudicando, sicut iudicaui, meam conscientiam saluam, tutamque remanere existimaui. Quod autem non solum tuta conscientia sed etiam de iure, pœnam in sententia augere potuerim, unico fundamento, quod id, de per se, sufficienter demonstrat, probo. Nam ut supra uisum est, iudicium in imponenda pœna in præsenti causa, tàm de iure communi, quàm lege decreti, erat arbitrarium, propter quòd dico in arbitrariis, Iudicem de eo, quod facit, nunquam redargui posse, quoniam, quod
186 ex iusta causa motus fuerit, † semper præsumitur ita Paul. de castr. in consi, 198. in primo impræssis, incipiente uisa inquisitione col. ult. per Inno. in c. qualiter, de accu. quem in d. consi. Allegat Paul. per Bal. in l. i. in § curatores. ff. de mag. conue. per Bar. in l. lutius, in fi. ff. de his qui not. infam. per Ancha. in consi. 67. col. 3. & est scribentium communis opinio. Hæc sunt in effectu, quæ me ad opinionē, de qua in sententia lata aduersus Furnarium, conduxerunt, quod licet nonnullis displicuerit, idque displicuisse mihi displiceat, hoc tamen sic fecisse placuit, & placet, non immemor Apostolici cōsilii, † quod qui homini-
187 bus placet, Christi seruus non est. c. fi. 47. dist.

FINIS.

RITII MERLI APOLOGIA HOMAlotetica cum parte de consilio in genere.

IN præcedenti Apologia, iuxta capita suprascripti decreti pro iustificatione sententiæ, quæ lata fuit, de multis uerba fieri cõtigit. Verùm de eo inter cætera loqui, uidelicet, an saltem Furnarius in crimine imputato consilium dederit. Cuius rei, ipsum reum non fuisse satis sufficienterq́ ostendisse credo, ne tamen ꝙ in ea re, breuiter de consilio dixi, illorum aliquis, qui dubitarunt Furnarium, huius uerè consultorem fuisse, me in hoc. Quantum ad iuris notitiam pertinet, parum consultum existiment, materiam consilii, hucusque ab aliquo non sic tractatam, his omnibus quæstionibus, quæ magis ad subiectum faciunt examinare statui. Illamque, ut annexam, & dependentem præsenti Apologiæ subiunxi. In qua re, si Dei benignitatis gratia concurrente, non omnino imperitus uidebor. Erit hoc fortè mutandi sententiam argumentum, his qui Magnificorum in causa sociorum, & meum judicium contempserunt. Cumque in omnibus, quæ fienda sunt, ordo cuncta bene disponit, ideo ordine seruato procedam, quatuor hujus rei partes faciendo, ac secundæ, & tertiæ partis quia sic ibi fecisse occurrit partes suis locis, licet in principio partium principalium, quia eò opus non fuisse uisum est, non distinctas, extrahendo. Quo igitur ad partes principales, primo quæram. Quid sit consilium, ac in hac prima parte aliquas quæstiones contingentes in terminis consilii proponam. In secunda parte, loquar de consilio sapientis. In tertia parte, uerba mea erunt de consiliariis, tam principum, quàm populi, & reipublicæ. In quarta, & ultima parte, aliqua dicam de his, qui consilium ad delinquendum dare præsumunt.

VENIO ad primã partẽ. Et primo quæro, quid sit cõsiliũ. In hoc ego prius aduerto, quod aliud est, quod quis præbeat cõsilium bonũ, aliud ẽ, ꝙ pbeat cõsiliũ malũ. Bonũ cõsiliũ fortè dici põt, † suasio quædam ad alium bene regendũ, ꝙ sentire uidetur legislator 1
in l. his quib. diuus. ff. de tut. curat. da. ab his. Ibi eligendus itaq́ erit, qui eos consilio regat, quod pariter lex confirmat, dum consilio, & opera curatoris, † non solum patrimonium, sed etiam cor- 2
pus, & salus furiosi tueri oportere ait in l. consilio, ff. de cur. fur. Aliud est dare consilium malum, tunc enim datur consilium malum ex ulpiano in l. in furti. rectè. ff. de fur. † quando quis alterum 3
persuadet, impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum, ꝙ est idem, respectu aliorum delictorum, quod respectu furti, l. sæpe

4 iuncta glo. si ff. de uerb. signi. Tullius primo Reth. dixit, † quod consilium, est aliquid faciendi, uel non faciendi, uere excogitata ratio.
5 Sed quoniam Bart. in l. 1. nu. 2. de testa. dicit, quod, † ut diffinitio sit perfecta, debet ponere substantialia rei diffinite, unde oportet eam continere genus, sub quo res est diffinita. Item debet continere differentias, ut per hoc appareat, quod diffiniunt ab aliis differt, quæ continentur sub genere. Ideo neutram supradictarum diffinitionum ueram, seu perfectam esse credo, quoniam duæ primæ diffinitiones, non in genere, sed in specie diffiniunt consilium, & particulariter, quia una de bono consilio, altera de malo solum loquitur, tertia diffinitio, quæ est Tulii, inter cætera præsenti deficit, quia non
6 est conuertibilis cum suo diffinito, † quod requiritur. l. 1. § 1. ff. de dolo. Bar. in l. omnes populi, uersi. quero unde sumatur. ff. de iust. & iur. Non est conuertibilis cum suo diffinito, quoniam omne, quod dicitur consilium deberet prouenire à uere excogitata ratione & tamen habemus consilia, etiam dici quæ ab improuiso data sūt. In
7 quo genere consiliorum. Mulieris iudicium † satis melius, quam in præmeditatis, seu excogitatis cōsiliis praualere dicitur, ut in epistola Marci Imperatoris, Romanis meretricibus scripta habetur, ubi inquit in rebus, & si arduis, uos mulieres repētinum consilium capitis. Item omnis uerè excogitata ratio, deberet esse consilium, & tamen Ari-
8 sto. 1. poli. appellat † consilium mulieris inualidum, & sic illud dicit inualidum, tradens tamen sibi nomen consilii, licet non sit fundatum in uera excogitata ratione, hoc idem demonstratur ex §. allegata. l. in furti §. rectè. ff. de fur. Vbi quod est directum ad malum lex nominat consilium, unde potius existimo dictas diffinitiones, cū non comprehendant essentiam rei diffinite, pro descriptionibus recipiendas esse, quia diffinitio debet comprehendere essentiam, satis-
9 que est, quod descriptio rei † claudat intelligentiā, ut per Bal. ex mēte Boethii in l. maximum uitium, nu. 6. c. de libe. præte. si ergo non reperitur diffinitio, posset recurri ad uocabuli etymologiā, quæ
10 dat uerbis proprium significatum, quando diffinitio † si reperiretur, non repugnaret. l. pupillus §. territorium, & ibi glo. ff. de uerbo. signi. l. notionem §. instrumentorum, in uersi. proprie, eod. titu. Verum de etymologia huius uerbi, seu uocabuli, consilium, male,
imo impossibile est habere sensum. Quia etymologia, prout diffi-
11 nitur à Nicol. eue. in sua centi. in 6. lo. est expositio unius uocabuli per aliud uocabulum unum, uel plura, magis notum, uel nota, in eadem lingua, uel diuersa, secundum rerum proprietatem, uel litterarum similitudinem, sicut ibi in exemplis per eum positis, lapis, ledens pedem, piger pedibus eger &c. Sed si respicimus ad etymologiam uocabuli, consiliū, quid enim sonat, dictio con, & dictio, silium, certe, nec in hac, nec in extranea lingua retinent huiusmodi dictiones, quidquam proprium, uel simile, conforme rei, quod di-

citur

citur consilium. Vnde, hoc nomen consilium, magis ab usu hominum originem traxisse, quàm dictionibus compositis, propriis, existimandum est, sicut dicit lex in l. librorum§. quod tamen cassius. ff. de leg. 3. † q in usu est, ut plerique, libros, cartas, appellant, unde 12
Bal. in d. l. maximum uitium, col. iii. Inquit q significationes uocabulorum, sunt aut de iure naturali, aut iure gentium, aut iure ciuili consuetudinario, cogitaui tamen, quod huic nomini consilium, cui etymologia non respondet. Nec à lege, nec alibi ueram diffinitionem traditam habemus, forté aliqua conueniens diffinitio dari posset, ut puta dicendo, ut infra uidelicet, † consilium est sententia 13
non cogens, rei faciende. uel dicende, uel econtra, per se sumpta, uel alteri, aut pluribus petentibus, aut non petentibus dicta. Nam illud uerbum, sententia, stat pro genere. Secundum quod genus diffiniuit etiam iurisconsultus in l. i. ff. de testa. testamentum, †quam 14
diffinitionē ibi Bar. reputat perfectā, dicendo, q ideo istud uerbū, sententiā, stat pro genere, quoniā sententia cōtinet omnē cuiuscunq; rei deliberate, uoluntatē. Vnde dicitur sentētia legis, sententiā iudicis, sētētia hominis, ut ibi per eū seruire igitur potest hoc uerbum, sententia in hac diffinitione consilii, pro genere, quoniam nihil consulimus quód non proueniat à uoluntate deliberata, cum uerba aperiant cōsilium † ex quibus uerbis dignoscitur mens, & intentio proferentis. 15
l. labeo§. idem tubero. ff. de supp. leg. Dicitur sententia non cogens ad differentiam, præsenti sententiæ iudicis, † cui omnino parere tenemur. l. minor annis la penul. ff. de mino. Dicitur alicuius rei faciende, quoniam in his, quæ p homines fienda sunt, consilio fieri debent, quia si sic fiant, † firmitate nituntur. l. iii. C. de repu. Vnde 17
dicit scriptura in ecclesia. c. 32. fili sine cōsilio nihil facias, † & post 18
factum non pœnitebis, Salu. in Catili. ait priusquā aliquid facias, opus est consulto, & ubi mature consulueris, opus est facto. Dicitur alicuius rei, non me restringebs magis, ad rem bonam, quàm malam, quia in utraque cadit consilium, nam in bono, ut puta, in pace, quæ est res bona, inest consilium, prouer. c. 12. ibi dolus in corde cogitantium mala, † qui autem pacis ineunt consilia sequitur 19
eos gaudium, inest consilium, & in malo, ut eodem loco habetur, cogitationes iustorum iudicia, & consilia impiorum fraudulenta. Dicitur, uel dicendæ, quoniam sapiens in uerbis, quæ aperiunt consilium, producet seipsum, † & homo prudens placebit magnatis. In 20
eccle. c. 20. in fin. & est ad differentiam sententiæ, quæ dicitur testamentum, quód non dicit, q sit dicendum, sed q sit fiendum, cum sit, iusta sententia de eo quód quis uellit post eius mortem fieri, ut per Bar. in d. l. i. ff. de testa. Dicitur uel econtra, quia consiliū, nedum debet interuenire, in eo, quód est fiendum, uel dicendum, sed etiam in eo, quód non est fiendum, uel non dicendum. Expedit enim cauere à factis. Multoties, quoniam multa aliquando remanēt,

21 quæ si non facta fuissent, † poterant impediri, ne fierent, l. consilio,
in fi . ff. de cur . fur . Quod enim est factum, non potest esse infectũ.
22 l. in bello §. facte . ff. de cap & postli . reuer. † hocq; priuatur Deus,
ut faciat non esse factum, quod factum fuit. c. si Paulus . 32 . q . 5.
iuncta glo . ibi in uersi. suscitare, quod euenit, ut inquit Io . leci . in
tra . de primoge . ex his quæ ibi refert nu . 22 . quia Deus non potest
facere ea, quæ implicant contradictionem, cadit & consilium, in eo,
23 quod non est dicendũ, ut habemus in eccle. c. 42. † tibi caue ab amicis &
sermonibus improperii, & cũ dederis, ne improperes, ũde Anacle. Pa
pa in c. nihil . i . 83 . distin. damnat illum pastorem, qui dicat sibi
24 gloriam esse existimare, † q ab hominibus malis sit laudatus, plurimũ
enim ualet consiliũ in aduertendo quĕlibet à quibus sermonibus, seu
uerbis abstinere debeat, quia ut inquit Hor . de ar . poe . Nescit uox
emissa reuerti . Dicitur (per se sumpta) quia, nedum consilium de-
bet esse, ut aliis præbeatur, sed ut sibi ipsi, etiam aliquis consulat.
Vnde in eccle . c . 39 . habetur, propterea ab initio confirmatus sum,
& consiliatus sum, & cogitaui, & scripta dimisi, & per Senecam ha-
25 bemus in lib . de quatuor uirtutibus, † q prudentis est proprium e-
xaminare consilium . Dicitur alteri, uel pluribus petentibus, uel non
petentibus dicta, quia non solum consilia dantur, quando sunt peti-
26 ta, sed etiam aliquando, licet non petantur, † imo si spernantur, ut ha
betur i. c . peruenit 84 . distin . ubi Gregorius inquit, pasquasium co-
episcopum suum, ita desidem esse, ut consilia sapientum, & recta
suadentium . Nulla ratione pateretur suscipere, & ex his, fortè con
cludi potest, q præcedens diffinitio sit perfecta, cum constet genere
& differentiis, & uerba posita in ea, sint dicta cum ratione, atque ré
cipiat sensum talem, ut non possit inficiari, q non conuertatur cum
suo diffinito.

SECVNDO quero, an his, qui dat consilium, obligetur ex con
silio, ita, q ex eo possit conueniri, uel criminaliter puniri, circa
quem articulum, aduertendum est, q stante quæstione, modo,
quo est posita, duo hic quærenda caderent, uidelicet an ciuiliter,
quis obligetur ex consilio, item & an obligetur criminaliter, quan
do ex consilio sequitur delictum . Sed in præsenti, hanc secundam
quæstionem omittam. Mecq; referuo ad loquendum de ea in quarta
parte principali, ubi secundum ordinem supra distinctum, locus
conuenit . Quo igitur ad primam quæstionem, prima facie dico ui-
deri respondendum, consulentem ex consilio obligari, per tex. in l.
1 2 . ff . q quisque iur . † ubi consilium assessoris datum magistratui, no
cet assessori . Hoc etiam probari uidetur ex l. si iudex litem suam . ff.
2 de uar . & extr . cog . ubi iudex, † cuius consilium fuit imprudens in
iudicando, actione in factum in quantum interfit conueniri potest.
Ad idem faciunt decisa per Abb . in c . tua nos . de homi . nu . 3 . ubi

Abbas dicit, † q si doctor dedit consilium per errorem, & per imperitiam, & sequuta sit sententia per illud consilium, q tenetur ad satisfactionem illius contra quem lata est, ut etiam dicitur de medico in l. illicitas §. sicuti. de offi. præsi. † ubi consilium imperitum in medendo, medico nocere asseritur. ¶ Item si alicuius consilio effectum sit, ut lis temporibus legitimis transactis, pereat, actio competit ad quanti interfuit eius, qui damnum passus est. l. arbitrio §. dolo. ff. de dolo. quem textum, ad hoc propositum, q quis obligetur ex consilio, allegat Specula. in tit. de requisi. con. nu. 5. ubi dicit q si is, qui dedit consilium non sit soluendo, litigatorem restitui debere in pristinum statum per. l. eleganter §. penul. ff. de eo per quem fa. est, facit l. quod si cum scires. ff. de dolo, † uolens actionē de dolo teneri eum, qui consulit, seu laudauit aliquem facultatibus lapsum, quod sciebat falsum. Ad idem est tex. in l. si is qui rē §. si cum ticium. ff. de fur. ubi consulēs alteri, q cuidam mutuet, & loco eius alium sibi, hoc, q interuenerat primus ignorans, consulens actionē in factum tenetur. Ex prædictis enim uidetur, q consulēs propter solum consilium obligetur, ita q possit conueniri. Contrariū tamen uerius esse, probatur ex. l. consilii. ff. de reg. iur. & ex. l. nullus eo. tit. nu 6. & clarius per tex. in l. 11. in fi. ff. manda. ubi lex. ait, q nemo obligatur ex consilio, cum liberum sit cuique explorare, an sibi expediat consilium, similis est tex. in §. tua nos. institu. de manda. facit tex. in c. cum olim. de arbi. & in c. quisquis 14. q. 11. Huius autem rei, probabilis est ratio, quæ forte sumi potest, ultra assignatam in proximis iuribus, ex. c. de occidendis. 23. q. 5. ubi Augustinus dicit, q quando aliquid facimus propter bonum, si quid deinde contingat præter nostram uoluntatem, nobis non esse imputandum, quod dictum, ad consilium per aliquem datum etiam trahi potest, ut ex eo non sit consulens imputandus, nec pati debeat. quando bona intentione consilium præbuit. Non obstāt superius allegata, & primo tex. in l. 11. ff. q quisque iu. huius enim solutio colligitur ex glo. ibi in uerbo assessori, dicente, q illud est, quia sumus in assessore, qui eligitur propter peritiam, quare cōsentiendo electioni de se factæ, uidetur affirmare se esse peritum, unde si non talis sit, † eius tacita asseueratio, sibi præiudicare debet. l. iulianus §. quia tamen. ff. de act. emp. Eodem modo, ut supra potest responderi. l. si iudex. l. illicitas §. sicuti, & decisioni Abb. in c. tua nos. supra allegatis, quia in prædictis omnibus casibus, sumus in casu, ubi consulentes, profitentur se peritos in consilio, quod tradunt. Nimirum ergo, si tenētur, & obligātur ex suo consilio, per glo. in d. l. 11. Hinc etiam uidemus, † q si aliquis consultor sit electus à partibus, parti lesæ tenetur de consilio ex decisis per Ang. in l. si certis annis. C. de pact. & per amed. de cast. in tra. sindi. nu. 125. Alia ultimo in contrarium supra allegata, non obstant, quia ibi con-

3
4
5
6
7
8

silium fuit fraudulentum, unde nocet consultori. d. l. consilii,
& licet detur casus, quo consilium sapit fraude, & tamen non nocet
consultori, ut quando quis consuluit aliquem, ꝙ pecunia fenerare-
tur, quia non tenetur, nisi pro eo, quod ad se peruenit, ut per Gui.
pap. in tra. de usur. nu. 47. ex mente Rai. quem ibi refert. Aduer-
tendum est, rationem esse, ut ibi dicitur, quia in casibus consilii frau-
dulenti obligantis, damnum, quod sequitur, non est uoluntarium,
respectu illius, qui illud patitur, sed imo contra suam uoluntatem,
quod secus est in damno passo per recipientem pecunias sub usuris,
Præcipuè enim consideratur illud, ꝙ aliquis cōsuluerit fieri id quod,
si fiat, contra uoluntatem damnū passi, ueniat factum, quia etiam, ꝙ
consulens ex tali facto nihil reportauerit, dummodo sit in culpa, ac-
9 tione de dolo tenetur. Vnde, † licet interdictum, unde ui, non de-
tur contra dantem consilium. c. cum ad sedem. de resti. spolia. ta-
men in defectum principalis, ut quia non reperitur, uel quia non
10 est soluendo, † uel ex aliqua iusta causa, non uult passus damnum a-
gere contra principalem, potest agere contra eum, qui dedit consi-
lium, ita Abb. in c. sicut dignum. nu. 15. de homi. & ex his con-
11 stat, † non esse uerum, quod dicit Bar. in l. non solum. §. mandato.
ff. de iniu. nu. 18. ubi in casu quo consilium sit circa ea, quæ non ca-
dunt in delictum, distinguit, an dolo, uel ne, item an esset alias fa-
turus, quia etiam si non dolo, quis det consilium, sed in peritiam
eius, quod profitetur, ex ipso consilio obligatur. d. l. II. quod quis-
quis iur. l. si iudex litem, & l. illicitas, titulis supraallegatis, & ta-
12 men qui obligantur ex consilio, non sunt in dolo, sed in culpa, † cum
imperitia in re, in qua quis se peritum profitetur, culpæ compare-
tur. i. q. i. Non est putanda in fi. c. ad aures de eta. & quali. glo.
13 in l. non est sine culpa in uersi. non est, de reg. iu. in 6. † certumque
est, ꝙ culpa differt à dolo, ut per Bar. in l. ꝙ nerua. nu. 9. ff. de
pos. propter quæ aduertere debent homines. Ne in consilio dando
sint multum faciles,

TERTIO quero, ponamus, ꝙ extet statutum, ꝙ mulier non
possit facere contractum sine consilio duorum propinquorum
ex proximioribus, an si contrahit, & deinde interueniat dictū
consilium, hoc sufficiat pro ualiditate contractus. Hæc quæstio uide-
tur decidi per tex. in c. cum olim, de arbitris, sz ꝙ non ualeat
actus, interueniente ex post consilio, & licet ibi tex. non multum
clare terminet, ꝙ non ualeat actus, si consilium subsequatur, à scri-
bentibus tamen sic intelligitur, & maximè per Abb. ibi nu. 2. di-
centē, ut ualeat actus, prius requiri debere consilium. Clarior est te-
xtus pro decisione huius quæstionis in c. cum in ueteri, uersi. ꝙ si,
in tractatu de elect. & ele potestat. & ita eum ibi intelligit Abb.
nu. 7. Bart. in l. si autem plures. ff. de aqua plu. arcen. dicit, ꝙ
consilium

consilium præcedere debet, & hoc per tex in .l. titium & meuium.ff.
de admi . tut . ipsemet etiã Bar . in. d .l. titiũ, uidetur sentire ꝙ cõsi-
liũ, nec antè, nec post sit requirẽdũ. sed in .l.1 §. si plures.ff. de excerci.
plenius se in hoc declarat, cuius distinctionem ego non refero, sed
tantum dicam, id ꝙ ibi concludit ad propositum quæstionis nostre,
uult enim, ꝙ ubicunque adiicitur istud, ꝙ aliquid fiat de consilio alte-
rius, ei qui habet potestatẽ à lege, ut est tutor † qui habet potestatẽ à le 1
ge, licet sit datus à testatore l.1 . ff. de tute. tũc oportere consilium in
teruenire, & licet ibi non dicat antè, uel post, tamen ꝙ interuenire
debeat antè, uidetur sentire, ex eo, quia æquiperat casum istum cum
casu, quãdo quis habet collegam officii, † sine cuius præcedentè 2
consilio, actus non ualet per dictam l. titium & meuium, & hoc ꝙ
consilium præcedere. debeat decidit etiã Bal. in .l. 1. nu. 45 C qui
admit. quod est mẽti tenẽdum, quia est communis opinio, quicquid
ab aliquibus dictum fuerit in contrarium.

QVARTO quero, an si tutor male gessit Negociũ pupilli, quod
tamen gesserat de consilio matris pupilli, propter consilium à
matre habitum, debeat excusari, Istam questionem tangit Bal.
In .l. polla. C. de his quibus ut indig. nu. 3. sentiens ibi, & aduertẽs
ꝙ teneatur pro re Notabili, † ꝙ Nedũ excusetur, quãdo aliquid ges- 1
sit de consilio Matris pupilli, uerùm & si de consilio propinquorum
pupilli, de qua tamẽ decisiõe ego dubito, quia lz uerũ sit † ꝙ tutor nõ 2
tenetur de casu fortuito ut per Bar. in .l. si res . ff. de admi. tut. † Nec 3
etiam teneatur de leuissima culpa, ut per Bal. in .l. que fortuitis nu.
15. C. de pig. act. † tamẽ tenetur, de leui ut per eundem Bal. ibi nu. 4
16. dicit autẽ Frã. de Aret. in .l. cum filio, in 2. Nota. ff. de uulg. &
pup. † ꝙ qui uult aliquem actum legitimè facere, debet consulere 5
peritiores. & si illud non facit, iuris ignorantia, tanquã culpa, sibi im
putatur. Ponamus igitur, ꝙ tutor consuluit matrem, seu propinquos
pupilli, & scḋm eorum consilium inciderit in errorem iuris, seu
fecit ꝙ à sapiente non fuisset factum, certè nõ est dicendum, ꝙ per
tale consiliũ debeat excusari, quia cõsulendo matrem, non dicitur
consulere peritiores, imo recurrisse † ad consilium infirmum, & de- 6
bile ut per Arist. i poli. † Nam ex proprietate nature, uarium & 7
mutabile est semper dictum fœminæ. c. forus uers. testes de uerb.
signi. propter quod inquit Bal. in Rub. de rerum permuta. † ꝙ a mu- 8
lieribus non bene regitur ciuitas, † & Iudicium hominis, maximè 9
in rebus gubernandis, semper preualet. c. adam XXXIII. q. V. ubi
dicitur ꝙ adam per euã deceptus est, Non eua per Adam, ideo Iustũ
esse, ꝙ homo mulierẽ in gubernatione assumat, Ne iterum fœminea
facilitate labatur. Idem dici potest, ꝙ tutor non rectè consulat, consu
lendo propinquos ipsi pupillo, quia non sequitur, aliquis est propĩ
quus alicui, ergo sibi dabit prudens consiliũ, cum possit esse ꝙ talis.

licet sit propinquus, sit tamen insipiens, uel saltē minus peritus in re consulenda, quàm sit tutor. Item si propinquus pupillo, ab intesta-
10 to esset successurus, † ex presumtione legis, consuleret potius perditionem pupilli, quàm secus. l. fin. C. ubi pup. ed. deb. glo. in .l. 1. in uers. deniq; ff. ubi pup. edu. Quare ex istis apparet, nō esse tutum, ꝙ pro tam notabili tradit Bal. in d. l. polla. Quia tamen
11 opinio Baldi est multæ auctoritatis, † Maxime, ubi non habet cō-
12 tradicentem, ut per Io. Neui. in silu. nup. in lib. 5. nu. 25. † Ideo non inutile esset tutoribus, eam notare, & exequi, ut uidelicet in administrandis rebus pupilli consulant matrem uel propinquos, & taliter, ꝙ tempore reddende rationis, possint docere se non nisi secundum tale consilium res gessisse.

Odus de restitutione in integrū

QVINTO quero, an is, qui consuluit peritiores, & fecit scd̃m eorum consilium, sed malè, quia malè consultus fuit, sit excusatione dignus, circa hoc distinguendum esse puto, uidelicet, aut iste, qui uult excusari, probat se consuluisse peritiorem; sed dicit, seu cognoscitur malum consiliū sibi fuisse datum. Aut non apparet consuluisse peritiorem, primo casu. Aut peritus peritiorem consu-
1 luit, † et tunc excusatur, si male remansit consultus, textus est in c. ad aures. de eta. & quali. ¶ Quód tamē fallit in Iudice, seu in Magistra-
2 tu, qui habet assessorem, quia talis Iudex facit litem suam † si consulendo assessorem ut eo peritiorem, sequutus sit eius consilium, & propter id malè iudicauit, glo. est in. l. 2. ff. ꝙ quisque iu. Bar. in .l. in bonorum in fi. ff. de bo. po. ¶ Fallit ēt in Monacho, qui ut chirurgicus uoluit curare. Nam si curatus, in illa egritudine, absq; sui culpa, decessit, ēt ꝙ monachus esset peritus in illa arte, & secundum li-
3 bros dicte artis curasset, † tamen prohibendum est sibi, ꝙ diuina non celebret. c. tua nos, de homici. in fi. Aut non peritus, sed profitēs peritiam, consuluit aliquem credens eum consulere secundum consilium habitum per eum, à peritioribus, seu ab illis libris, in quibus profitebatur peritiam, & uerè peritus non erat, unde malum consilium dedit, & tūc non excusatur, † textus est in §. preterea si Medi-
4 cus instit. de leg. Aquili, ꝙ idē decidit Feli. in. c. tua nos de homi. in pri. in doctore consulēte, sed iperitē †. Vbi ēt inquit eum teneri in
5 foro conscientie. Aut non peritus, Nec profitens se peritum, probat se consuluisse peritum, & tūc, subdistinguendum est, aut iste non peritus, est de his personis, qui Iura scire non tenentur, † ut est mi-
6 nor, miles, & fœmina ex glo. in. l. regula in uers. fallunt autē predicta. ff. de Iur. & fa. igno. & tūc sine dubio dicas, ꝙ si consuluit peritiorem † excusatur, si male consultus fuit, ex Bar. in d. l. in bonorum
7 nu. 4. ꝙ dictum Bar. Bal. in .l. Iuris ignorantiam. C. qui admi. Non tenet simpliciter, sed procedere dicit, quando persona predicti generis, qui iura scire non tenetur, plures sapientes, & non unum tantum

consuluisset quia † q̃ à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur .c. de quibus . 20. distinct. potuitq̃, dicit Bal. etiam similibus 8
personis, ratio naturalis dictare, quæ est, † q̃ omnes à Natura scire 9
desiderant, Arist. primo Ethi. q̃ à pluribus, prudentius consilium habere possent, in qua re, ego sequor Baldum, non tantum ratione allegata per eum, quantum per textum in .l. in bonorum .ff. de bon. 10
poss. ubi textus, non prudentiorem, sed prudentiores consulendos ait. Aut iste non peritus, est de his personis, qui iura scire tenentur, 11
& tūc non excusatur secūdum Bar. in .d. l. in bonorum, in fi. secūdo casu, quando non constat peritiorem fuisse cōsultum, tūc si talis fuit in loco, ubi potuit cōsulere peritiores, † in dubio creditur eos cōsuluisse ex decisis per Imol. in .l. ille autem, col. 2. ff. de hære. institu. 10
† quoniā copiam talium personarum habere potuit, si uoluit .c. statutum in prin. de rescr. in 6. Hocq̃ procedit, respectu personarum quæ iura scire non tenentur. Aduerto tamen q̃ in istis personis, quæ iura 11
scire non tenentur, † iuris ignorantia non prodest in lucris captādis, quando potuerunt consulere peritiores, ut declarat Bal. in .d. l. iuris 12
ignorantia ubi concludit † q̃ etiam Rustici dicuntur posse consulere peritiores, quia sicut uadunt ad ciuitatem pro indulgentiis, etiam ad eā ire debēt pro habendis consiliis. 13

SEXTO quero, pone, q̃ princeps inter subditos dicat, fiat sic de meo consilio, an tale consiliū obliget, ita quod illud exequi teneantur subditi. Imprimis uidetur q̃ sic, † quoniā quod principi 1
placuit legis habet uigorem. §. sed q̃ principi inst. de iure Na. gē. &c. Maxime tale consiliū obseruari debet, quia q̃ papa dicit, seu approbat, posito pro nūc q̃ sit is princeps consulens; † est irreprehensibile 2
cap. hæc est fides 24. q. 1. † Nec licet illud, alii, reprobare. cap. 3
si ille, quinquagesima distin. Facit pro hac parte q̃ habetur in .c. afferte gladiū, de presū. & ibi per cano. ubi quia iussum fuit Salomoni iudicare ex presūtionibus. Ideo cæteris iudicibus, ex similibus presūtionibus, † uidelicet uiolentis permissum est iudicare. Vnde apparet ex illo textu, fiendum esse, quod uisum fuit equum principi fieri. Faciūt quæ habentur per Alex. in consi. 180 incip. in causa Ange- 4
lorū. col. penu. uol. secūdo ubi inquit, † q̃ quando princeps dicit fiedū esse inquisitionem de eius cōscientia, nō oportet de fama constare cōtra inquisitū. Facit à minori ad maius sumptū argumētum ex glo. in 5
c. Nobilissimus 97. distin. in uers. credidimus, ubi glosa uuit † in terdum credendū esse uoci unius, seu eius assertioni, si sit honesta 6
persona. Sed quātomagis erit igitur sequēdum cōsilium imperatoris † qui est superior, & dominus omniū prouinciarum .l. deprecatio 7
ff. ad leg. Rho de Iact. c. Adrianus 63. disti. † Et omnia principis esse 8
intelliguntur l. bene à zenone. C. de quadr. presc. ¶ His tamen nō obstantibus contrarium uerius esse dico ex decisis per Bar. in .l. Nemo

C. de sentētiis & interlo. om. Iudi. ubi in terminis dicit Bart. ꝙ
9 non debemus sequi consilium Imperatoris, † si uidetur nobis, ꝙ
non sit bene latum, & quanquam ibi loquatur Bar. in iudicibus, tamen idem dicendum est in cæteris, cum illud dicat in iudicibus subiectis. Non obstant præallegata, & primo tex. in § sed quod prin-
10 cipii, quia ut per glo. ibi in uerb. placuit, illud procedit, † quando princeps facit legem communem, & generalem. Nam quod con-
11 sulit, seu rescribit princeps per modum legis, † illud est sequendum. l. apud Iulianum § utrum. ff. ad sena. treb. & ibi Bart. pariter non obstat. c. hæc est fides, quia ut colligitur ibi ex glo. illud est, quando Papa responderet per modum disponendi, non per modum consulendi. Non obstat. c. afferte gladium, de præsum. quia illud est uerum, quando, quod facit, uel dicit princeps est approbatum, ut per Abb. ibi in primo nota. ubi ex eo, & ex textu
12 infert, † ꝙ exemplis ueteris testamenti. Licitè iudicamus, si sint de respicientibus diuina, ea, quæ iudicamus. 2. q. 1. Deus omnipotens. Non obstat quod dicit Alex. in. d. consi. 180. quia ibi princeps mandat, & dicit se uelle ꝙ fiat inquisitio absque eo, ꝙ præcedat diffamatio. Non obstat argumentum sumptum ex glos. in. c. nobilissimus, quia diuersum est, ꝙ uoci unius esset credendum, & diuersum, ꝙ esset parendum, cum quis uni posit, si uellit credere, & tamen nolle parere, & prædicta conclusio confirmatur, quia princeps, qui potest mandare, & consulere, eligendo uiam,
13 quæ non cogit, † recedere se uelle demonstrat à uia cogente. l. si maritus. de procu. & l. cum prætor. ff. de iudi.

SEPTIMO quæro, quando duo, uel plures sunt in aliquo officio, an quod facit unus, in rebus pertinentibus ad officium, debeat illud facere de alterius, seu aliorum consilio. Istā quæstionem ponit Bar. in l. 1. § si plures. nu. 2. ff. de exer. & in ea sic distinguit. Aut quis adicitur ut collega eiusdem officii, aut ut auctoritatem præstet, aut ut consultor, primo casu, quando aliqui sunt college officii, & dictum est ab eo, qui eos fecit collegas, ꝙ alter cum alterius consilio faciat, † tale consilium est requirendum, alias
1 actus est nullus. l. titium & meuium. ff. de admini. tuto. & quanquam Bart. ibi non tangat hoc primo casu, quid iuris quando non est apposita conditio ab homine, ut faciat alter de alterius consilio, tamen sentit, quod tales college officii, ut tutores, qui habent potestatem à lege, quia tutela est ius in capite libero ad tuendum eum qui propter etatem se defendere nequit, iure ciuili data, & permissa. l. i. ff. de tute. possint alter, sine alterius consilio facere, & hoc sentit Bar. dum ibi in uerbo, aut ergo hæc conditio, allegat l. i. ff. de tute. Secundo casu Bar. in loco de quo supra, dicit, ꝙ consilium est requirendum per l. si pupillorum, in fin. ff. de rebus eorum, & per

per l. cum hi, in prin. cum fin. ff. de transf. Sed hoc secundo casu
aduerti debet. Non esse simpliciter uerum quod dicit Bar. † quia 2
imo ualet actus, non requisito consilio, quando, qui actum facere de-
bebat ex alterius consilio, ex actu facto sine consilio, † non est eius 3
conditio effecta deterior, hoc probat tex. in d. l. cum hi. in fin. ff.
de transf. Notandum tamen est isto casu, ꝙ ubi effecta esset conditio
deterior. Non satis esset, ꝙ interuenisset consilium requisitum, † sed 4
& consulentis autoritas concurrere debet. ita sentit Bar. ibi dum
dicit non potest sine alterius consilio, & autoritate. Tertio casu
Bar. egreditur propositum quæstionis, quia non loquitur in perso-
nis, quæ essent in officio cum aliis, imo loquitur de personis, quæ
non poterant esse participes officii, ut puta tutele, & loquitur in ca-
su quo fuisset apposita conditio his. qui poterãt esse participes offi-
cii, ut ex consilio, non habilis ad officium, illud officium gereret.
In quibus terminis loquitur. l. cum quis decedens § papinianus. ff.
de admi. tut. ibi allegata per eum. Sed quia iste tertius casus, non
conuenit suprascriptæ quæstioni, ideo illum omitto, quia intentio
mea est non exire terminos, iuxta proposita à principio. Nisi aliquã-
do ex accidenti. Ideo retentis primis terminis, dico, ꝙ quando
plures sunt in aliquo officio, si pars eorum aliquid faciat, sine alio-
rum consilio, tunc, aut est minor pars faciens, aut maior, si minor, aut maior pars
factum non ualet, † si maior, factum procedit, & tenet, ita deci- 5
ditur per Abb. in c. cum in ueteri, & dicit menti esse tenendum,
nu. 10, uersi. nota singulariter de elect. & electi potesta. ¶ Unde si
duo essent in officio, quod unus sine alterius consilio faceret, non
ualeret, quia factum à maiori parte, factum non fuit, & ex hismet
decisis per Abb. in d. c. uidetur reuocari in dubium, quod superi-
us dixi, dum præsupposui, ꝙ duo tutores dati, possint, alter, sine
alterius consilio, actum gerere. Sed aduertendum est, dictum Ab-
batis non tollere suprascriptam conclusionem, quoniam in tutori-
bus, decisio Abbatis non procedit, cum ius tutele, † apud eos est in- 6
diuiduum, & est apud quemlibet in solidum. l. inter tutores. ff.
de admi. tuto. quare unus sine alio facere potest. l. decreto, in fin.
ff. eod. tit. & ibi Bar. † ꝙ idem esse in pluribus consulibus, dicit 7
Specu. in tit. de procur. § tertio, uersi. quid si plures, † idem est in 8
procuratoribus simul datis. c. non iniuste, de procu. ubi inquit
glo. in uersi. cum aliis. † ꝙ potior est conditio præoccupãtis, cui rei, 9
qui uellet prouidere, oporteret eum facere, sicut docet Specula. in
d. tit. de procu. § tertio, uersi. quid sit dictum, † ubi dicit, ꝙ si in 10
mandato procure dictum fuerit, ꝙ non sit potior conditio occupã-
tis, sed ꝙ unus incepit, alter exequatur, tunc licet unus prius occu-
pauerit, tamen alter adhuc admittetur, † quia uoluntas constituẽtis 11
debet obseruari. l. diligenter. ff. man. & c. cum dilecta, de rescri.
¶ Idem est in pluribus iudicibus datis, ut per Specula. in d. tit. de

procur. nu. 16. hoc tamen non est simpliciter uerum, sed distinguendum est, an isti iudices fuerint ordinarii, uel delegati, uel iudices compromissarii, primo casu unus, altero absente, facere potest, non expectato eius consilio, † quoniam quilibet eorum per se
12 habet iurisdictionem in solidum, ut est glo. in. c. prudentiam, in uerb. teneatur, uers. ad hoc distinxit Io. de offi. & potestate iud. deleg. Secundo uero, & tertio casu, alter, sine altero, non potest, ut est glo. ibi d. loco, quo ad utrunque, & quo ad delegatos est textus in c. causam matrimonii, eod. tit. de offi. & potesta. iudi. deleg. & ibi Abb. nu. 3. declarat hoc de delegatis procedere, nedum in casu sententiæ diffinitiuæ ferendæ, sed etiam interlocutoriæ, hoc tamen, ut ex locis allegatis colligitur, uidetur procedere, altero ex delegatis absente. ¶ Sed quid iuris esset, quando unus feret sententiam, aliis præsentibus, & tacentibus; glo. in l. sicut. ff. de arbi. tenet, quod sententia ualet, Lanfran. de Oria in tract. de arbi. in quinto membro principali nu. 12. q. 8. sequitur dictam glosam, reddendo rationem, † quod tacens habetur pro consentiente, ubi actus uenit
13 Necessario explicandus per partes l. pure §. si donatio. ff. de doli exce. quod dicit esse uerum in arbitris, † quia inulti cogantur ferre sen-
14 tentiam. l. 3 §. tam etsi necessarium. ff. de arbi. igitur pro consentientibus illi actui reputari debent, tria tamen Lanfran. ut ibi per eum dicit esse necessaria, ut procedat opinio glosæ, primo quod alii arbitri fuerint præsentes, secundo quod fuerint tacentes, tertio quod præcesserit tractatus de arbitrando. Aduertendum est etiam, quo ad dictum Abbatis in d. c. cum in ueteri. nu. 10. quod aliud est quod plures existentes in officio, seu administratione, faciant aliquid, & id factum sit a maiori parte, quod factum tenet, ut ipse dicit, exceptis casibus de quibus supra. Quia hoc procedit, quando omnes sunt præsentes; secus autem, si una pars ab esset, quia tunc oporteret, quod duæ partes concurrerent, & non maior pars, & ideo oporteret, quod duæ partes
15 concurrerent, † quia duæ partes uniuersitatis, uniuersitatem repræsentant. l. nulli, & l. plane. ff. quod cuiusque uniuersi ita dicit idem Abb. in c. causam, nu. 6. de offi. & potesta. iudi. deleg. quo loco dicit de prædictis difficile esse dari certam doctrinam, sed secundum uarietatem causarum esse procedendum.

OCTAVO quæro, an consilium legis sit obligatorium. Istam quæstionem ponit Bal. in l. legis uirtus. ff. de legi. & ibi decidit, quod non, sed tamen ego impertinens tale quæsitum prima
1 facie censeo, quoniam non uidemus quod lex consulat, † sed præcipit, & disponit. Nam iureconsultus in l. 1. ff. de legi. Quærendo, quid sit lex, respondet. Est commune præceptum uirorum, &c. Item text. in d. l. legis uirtus, ubi Bal. ponit quæstionem, dicit quod legis uirtus est imperare, uetare, permittere, punire. Non dicit consulere. Idem

uidemus in l. i. ff. de constitu. princi. ubi dum lex declarat, quæ
sint illa, quæ cum proueniunt à principe, faciant legem, ea dicit es-
se, quæ per epistolam, & subscriptionem statuit, uel cognoscens
decreuit, uel de plano interlocutus est, uel edicto præcepit. Non
autem inter hæc ponit ea, quæ consulendo dixit. ¶ His tamen sic,
ut supra oppositis, non repugnantibus, contrarium uerum de
iure credo, uidelicet ꝙ lex, non solum faciat, ut supra dictum est,
uerùm quandoque consulat, seu consilium det, de eo, ꝙ est agen-
dum, quod probatur per textum in l. is qui destinauit. ff. de rei uen-
dica. ubi lex animaduertit uolentem rem petere, ut illius possessio
nem aliquo interdicto nansci quærat, † quia melius est possidere, 2
& aduersarium ad onera petitoris compellere. In simili de consilio
legis habemus textum i. l. pacto. ff. de transac. ubi uerbum expres
sum, sonans in consilium ponit textus, dum dicit † consultius esse 3
pacto subiicere pœnalem stipulationem, quia rescisso forte pacto,
pœna actione ex stipulatu peti potest, & utrobique glosa dicit, lex
hoc dat consilium, sed de hoc clariorem glossam habemus in §. iuris
præcepta, in uers. iuris institu. de iusti. & iure, ubi postquam glo-
sa dixit, ꝙ quoddam ius præcipit &c. Sequitur etiam, & dicit
ꝙ quoddam consulit, & ꝙ quoddam hortatur. ¶ Non obstant supra
opposita, quia ꝙ dicit lex in l. i. ff. de legi. Non est diffinitio legis,
sed est descriptio, quoniam reperitur esse etiam lex, quæ non pro-
uenit à præcepto uirorum prudentum. §. sed quod principi instit. de
iur. naturali gen. & ciui. Imo ex l. 2. illiusmet tituli de legi. patet
ꝙ lex non est solum præceptum, ibi ciuitatis autem compositio com
munis, secundum quam omnes decet uiuere, qui in ciuitate sunt,
Nec dicit textus, secundum quam omnes oportet uiuere. Non obstat
l. legis uirtus, quia licet ibi iureconsultus enumeret nonnullas legis
uirtutes, non tamen dicit, hæ sunt legis uirtutes, † quare lex sim- 4
pliciter loquens transit in intellectum, & declarationem specialius
loquentis. l. sciendum. ff. qui satisda. cog. iuncta auten. offera-
tur. C. de lit. contesta. Eod. modo respondeo ad textum in. l. i.
ff. de constitu. princi. Ex quibus sequitur uerum esse, ꝙ lex aliquã
do consulit. Vnde sequendo questionem propositam, an tale con-
silium obliget, dico esse decisum, ut supra dixi per Bal. in d. l. le-
gis uirtus, uidelicet quod non, sed tamen Bal. ad hoc probandum
nihil allegat, † quod tamen facere debuerat. c. illa. ne sede uac. l. di- 5
scutientis. C. de repu. & l. illam cum si. C. de colla. textum tamẽ
poterat allegare ad literam facientem, quem ipse ibi citat ex argu-
mento, & est lex sepe. ff. de offi. presi. ubi licet textus dicat po-
tes adire eum, qui præest prouinciæ, non tamen imponitur necessi
tas proconsuli cognoscendi causam, si aditus fuerit, † sed quo loco 6
melius probatur consilium legis, non obligare, quam per leges su-
pra per me, per modum discutiendi quæstionem allegatas, uidelicet

l. is qui destinauit. ff. de rei uendi. & . l. pacto. ff. de transac. ex quibus apparet falsum esse, quod dicit Bal. in d. l. legis uirtus, dum concludit, quod licet consilium legis, non obliget legem, tamen sæuire in illos, qui illud spernunt, quoniam non uideo, quæ sit sæuitia ista, si quis possessorio possit agere, & ad petitorium uoluerit transire,
7 tantum in hoc laborat, † quia lex in petitorio subuenit agenti de remedio ad probandum magis difficili, attamen firmiori, ut per glo. in l. cum res, & ibi Bar. C. de proba. per Fran. Are. in l. is ad quem in prima. ff. de aquiren. poss. per Abb. in c. episcopi, nu. 1. de rebus eccle. non alie. per Alex. in cons. 9. in 4. par. & in cons. 71. in secunda col. uol. primo, cum similibus, melius enim Baldus di-
8 xisset, † legem non ita plene consulere spernenti suum consilium, sicut uidemus in casu. l. pacto. ff. de transa. ubi si quis post pactum, stipulatione sibi non prouideret, de tantū, de qua in pacto, per exceptionem retinere posset, sed illam per actionem non posset consequi l. iurisgentium §. igitur. ff. de pact.

NONO quæro, an si quis alicui dedit cōsiliū in aliqua cā, aduersus eū in eadē cā possit esse aduocatus. In hac qōne negatiue
1 respōdēdū uidetur per tex. in. l. 3§. tametsi. ff. de recep. ar. † Vbi dicitur fore equum cogi arbitrum, cui causæ secreta nudata fuerint, officium, quod suscepit perficere, facit textus in. l. athletas §. item
2 præuaricator. ff. de his qui notan. infam. † ubi dicitur præuaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Illudque nomen tra-
3 ctum à uaria certatione esse, † quod nomen aduocato sic facienti conuenire potest ex tex. in l. 3. § quod si aduocato. ff. de præuari. licet tamen non ita proprie id nomen aduocato conueniat. c. si quē pœnituerit. 2. q. 3. § si præuaricator. ita quod, ut per glosam ibi, in ea
4 crimine non ordinariè, sed extraordinariè punitur, sed siue proprie, siue improprie præuaricator dicatur, satis est, quo ad quæstionem nostram ex iuribus suprascriptis patere, quod aduocatus in causa uariare non debet. Imo est tanti momenti talis uariatio in aduoca-
4 to, ut non solum ipse, qui præuaricatus est, puniatur † uerum & sententia lata in causa, in qua fuit præuaricatum, rescinditur. l. i. C. de aduo. diuers. iudicio. Comprobatur prædicta negatiua conclusio ex tex. in c. per tuas, de proba. ubi Papa inquit nimis indignum
5 esse iuxta legitimas sanctiones, † ut quod quisque sua uoce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio ualeat testimonio infirmare, quod contingeret in aduocato, si aduersus, quod consuluit, patrocinio suo alteri præstito. Negare quæreret. Incōueniens quidem satis est istud diuinis canonibus nedum displicens, sed à legibus quoque Imperia
6 libus non parum improbatum. l. generaliter, in fin. C. de non nu.
6 pecu. † Hinc est quod si quis iuramenti delationi renuntiauit, amplius ei, ad eam recurrere non est permissum. l. si quis iusiurandum, C. de

C. de rebus cred. quia ꝗ semel placuit amplius displicere non potest. l. ꝗ semel, de regu. iu. in 6. Nec persuadeat sibi talis consulens, posse in contrarium eius, ꝗ consuluit per modum aduocandi, respondere, quia multa uerba reperiātur in scripturis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem unus quisque sibi præsumpserit, quia hoc licet uerū esset, tamē fieri, nō ē laudabile, imo damnarū, cū sensū, 7
† extrinsecus alienum, & extraneum quærere non debemus. c. re latum. in uers. sunt enim multa. 37. distin. ¶ Prædictis tamen non obstantibus, prædictam quæstionem pro affirmatiua parte concludendā de iure esse censeo, quia sic decisam esse inter cætera reperio per glo. in. l. fin. ff. de postu. in uers. ex his ergo patet, ubi dicit, † quod licet tuæ causæ mihi secreta mandaueris, tamen contra 8
te aduocationis munere fungi potero. Alioquin nulli homini consilium esset dandum, & sic de facto inquit fuisse iudicatum, hocmet deciditur per Bald. in l. quos prohibet la secunda in fin. ff. de postu. intelligens tamen istud procedere, nisi fidem ei, pro quo consuluit de patrocinando pro eo, dedisset. Facit pro ista parte tex. in c. infames. §. si contra patrem. 3. q. 7. ubi quando cōtra patrē pupilli causam egisti, si tutor deinde, uel curator datus fueris pupillo, eādem causam defendere non prohiberis, faciunt decisa per Specula. in tit. de aduo. §. nunc tractemus, uers. Sed nunquid priusquam, ubi concludit, quod antequam secreta causæ mihi mandaueris, contra te potero esse aduocatus. † secus autem si fui aduocatus in causa, & non- 9
dum sit finita. Nam tunc contra te aduocatus esse non potero. Aduertendum tamen est, ꝗ hæc decisio Specula. uidetur esse contra glosam in d. l. fin. ff. de postulan. quia ipsa concludit, ꝗ quis potest esse aduocatus, etiam ꝗ sibi causæ secreta mandata fuerint, quare pro his concordandis dicas, ꝗ glosa loquitur, quando aduocato mandata essent secreta causæ, sed tamen causa adhuc sub litigio cœpta non fuerat, Specula. uero loquitur, quando causa in iudicio, iam tractabatur, ꝗ patet dum dicitur, causa nondum finita, unde ex his, adhibita prædicta concordia, apparet, ꝗ qui consuluit, poterit contra consilium, patrocinium præstare, declarando tamen istam conclusionem, cum duabus limitationibus, uidelicet, ut non procedat, quando qui consuluit, dedit fidem de patrocinio præstando, ei cui consuluit ex Bald. in d. l. quos prohibet, la secunda. ff. de postu. Alia est limitatio, ut non procedat †, quando iam cœpta esset causa, 10
& aduocatus per modum patrocinii incœpisset alicui in ea causa inseruire, & sibi consulere, nam tunc contra ipsum esse non posset ex Specula. in d. §. nunc tractemus, in uers. si autem fui aduocatus. Ad ea quæ in contrarium supra deduxi, respondeo sumpta responsione ex his, quæ dicit, & sequitur Alberi. de Rosa. in d. l. fin. nu. 5. & nu. 6. ff. de postu. ibi enim Alber. refert duas opiniones, unam Guilielmi, & aliam Raynerii, opinionemq; Guilielmi dicit esse equā

& honestam, quæ ẽ huiusmodi, uidelicet, ꝙ si aliquis consilium ma-
litiosè peteret, eundo ad meliores aduocatos. Non, ut eos posteà
habeat, sed causa illos sub trahendi aduerse parti, tunc licitè contra
11 talem, is qui dedit consilium poterit esse aduocatus, † quia qui facit,
improbus est litigator. l. prouidendum § i. ff. de postu. ¶ Et quan-
tum sit respectu huius capitis, dico procedere conclusionem per me
firmatam, uidelicet, ꝙ qui consilium dedit, potest contra eum, cui
dedit consilium esse aduocatus. Aut inquit Guilielmus, quis nō ma
litiosè petiit consilium, sed ut consulentes haberet in aduocatos, &
tunc non est conueniens. Imo non debet, qui consuluit esse aduoca
tus contra suũ consilium. Et ita procedunt, quo ad terminos istos, ea
quæ superius in principio in oppositum firmata per me conclusio-
nis, dixi, & si dubitaret aliquis, quomodo cognoscitur, ꝙ quis pe-
tiit consilium, ut consulentem haberet in aduocatum. In hoc dico
cognosci, quando qui petiit consilium, requisiuit consulentem, ut
sibi daret fidem de ei in ea re præstando patrocinium suum, sicut col
ligitur ex Bald. in d. l. quos prohibet. cuius dicta ibi confirmant
istud secundum caput distinctionis Guilielmi, & ita in hac quæstio-
12 ne concludo, cui addo, quantum sit respectu partis affirmatiuæ, ꝙ
tantomagis procedit in causa appellationis, secundum opinionẽ glo
sæ in d. l. fin. ff. de postulan. Quam sequitur Specula. in d. § nunc
tractemus, nu. 12. dicens ibi quod ita seruatur in curia, sed Alberi-
co de Rosa. talis sententia displicet, ut ipse dicit in d. l. fin. ff. de
postulan. nu. 8. & ita dicit tenere And. & Guilie. ex hac ratione
13 autem, quia talis aduocatus, esset sibi contrarius. ¶ † Sed ego con-
siderans, quod in causa appellationis, non deductum in prima in-
stantia, in ea potest deduci, & non probatum primo, potest proba-
ri. l. per hanc. C. de temp. & repara. appel. dummodo, quæ de-
ducuntur, seu probantur, sint coniuncta primæ causæ, ut per glos.
ibi in uerbo. Sed & si in fin. Ideo credo quod talis aduocatus aliqua
contrarietate non poterit notari, cum quæ primo dixit in prima in-
stantia, potuerit credere uera esse, ut puta si petiit creditum quod-
dam, & debitor prætensus non opposuerit, seu probauerit excep-
tionem solutionis, quam nunc modo uult opponere, & probare, &
de ea habet instrumentum, seu testes, tunc enim aduocatus, qui pri-
mo egit, iustam causam habebit contradicendi actioni per eum pro-
positæ, nec erit contrarius propter nouiter deducta, seu quæ dedu-
ci possent. Sed quando appellatio agitaretur tantum ex antiquis, e-
xistimo enim hoc casu simul cum Alberico, ꝙ talis aduocatus non
euitaret maculam contrarietatis. Ego tamen ratione cuiusdam
14 honestatis, etiam quod mihi non sit ignotum †, ꝙ causa appellatio-
nis, est alia, quam prima. l. ita demum. C. de procura. & l. scio.
§ quid ergo. ff. de app. Aliquo ex prædictis casibus. etiam quando
appellatio agitaretur per nouiter deducta, non acciperem patroci-

nium aduerfus ea, quæ primo dixi.

DECIMO quæro, an qui erat aduocatus in aliqua caufa, & fic caufa eius confilio cœpta fuerit, pofsit in dicta caufa affumi pro iudice, & in ea iudicare, glo. in c. dilecto, in uerb. recufaftis, uerf. Sed fi ei, de tefti. dicit quod etiam q aduocato reuelata fint fecreta caufæ, non tamen fufficit hoc ad faciendum, q non pofsit effe iudex, † quia fecundum allegata, & non fecundum confcientiam iudicare debet, iudicet. 3. q. 7. per quam glofam Abb. in c. irrefragabili, nu. 4. de offi. ordi. Reprobat opinionem Antonii, qui tenebat contrarium, Bal. in l. apertifsimi, in fecunda col. C. de iudi. fimpliciter decidit, † q etiam ordinarius, ratione præcedentis aduocationis pofsit recufari, ut fufpectus, idem Bal. in l. ne in arbitris, nu. 7. C. de arbi. dicit quod unus non poteft effe aduocatus, & iudex per l. quifquis. C. de poft. Et hoc tenere Iacobum de Arena, comprobantur decifa per Baldum, per tex. in l. proxime. ff. de his quæ in teftamento delentur, ubi dicitur, q Cæfar, auditis primo partium aduocatis, eos remouit, dum iudicare uoluit, ex qua lege colligitur, q fic aduocati in decifione caufæ funt fufpecti, † ut in deliberando iudex omnino ab eorum confilio fe feparare debeat. † Maxime enim potens eft caufa amoris, uel odii, ad rem, in qua lis uertit. l. non diftinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. c. poftremo, de appella. Qui autem fuit aduocatus, præfumitur per legem, amoris, feu affectionis pafsione, ita poffe compelli, † quod non pofsit nomē incorrupti iudicis perferre. l. nemo, in fin. C. de affe. Ex quibus rationibus, & ex his quæ dicit Bal. fequitur falfum effe, quod concludit glo. in d. c. dilecto, in uerbo recufaftis, fed pro concordia prædictorum refpondeo diftinguendum effe, aut ifte qui fuit aduocatus, fuit tantum pro aduocato in caufa conductus, aut nedum conductus fuit, uerum, & ei reuelata fuere fecreta caufæ per partem, qui eius patrocinium conduxit, aut nedum conductus fuit, & fibi reuelata fecreta caufæ, fed ipfe aduocatus propalauit etiam uoluntatem fuam primo cafu dicas. q talis non prohibetur effe iudex iuxta glo in d. c. dilecto, in uerb. recufaftis, fecundo cafu idem per eandem glofam concludas, licet Dominus Antonius, quem uidetur fequi Speculat. in tit. de aduo §. 3. uerf. Sed nunquid priufquam tenuerit, contrarium, quia ut dixi Abb. in d. c. irrefragabili, cum reprobat, & talis opinio contra Antonium eft communis, ut atteftatur Phi. Fran. in c. poftremo, in 4. col. uerf. Sed pro declaratione de appel. Tertio cafu, uidelicet, quando aduocatus propalauit uoluntatem fuam, talis aduocatus, non aliter in ea caufa poteft effe iudex, ita deciditur per Inno. in d. c. irrefragabili, nu. 2. per Abb. eodem loco num. 4. per Philip. Fran. in c. poftremo, de appel. col. 4. per Bar. in l. prætor, ff. de iuris omnium iudi. per Iafo. in conf. 135. col. penul.

Marginal numbers: 1 (at "quia fecundum allegata"), 2, 3, 4, 5, 6, 7

uol. 4. & licet Bart. in l. prætor. simpliciter dicat quod aduocatus in causa non possit esse iudex, sicut etiam ita simpliciter dicit Baldus in locis supra allegatis, tamen Bart. est intelligendus, & Baldus secundum distinctionem suprascriptam sicq; Bartolum declarat Inno. in c. irrefragabili, & q Bar. uoluerit loqui in casu quo aduocatus propalauit uoluntatem suam, dignoscitur ex lege quam allegat, uidelicet ex l. fin. C. de asse. Ex qua lege apparet quando aduocatus
6 dicatur propalasse uoluntatem suam, † dum facit differentiam. An aduocatus adeptus sit patrocinium causæ, uel an fecerit quid ulterius, uidelicet, quia præstiterit aduocationem suam, q dicemus per eum fieri, uidelicet, propalasse uoluntatem suam, cum eius scripturæ in iudicio reperiantur exhibitæ, seu aliquod eius consilium super causa, eius sigillo subsignatum, appareat, cum his casibus succedat præsumptio legis, propter quam impedit aduocatum esse iudicem in causa, uidelicet, quia memor scripturæ suæ, & seu sui consilii, incorrupti iudicis non posset nomen perferre, d. l. fin. C. de assess. Et notandum est, q hæc conclusio, uidelicet, q aduocatus, qui propalauit uoluntatem suam, non possit esse iudex, ampliatur, ut procedat, non solum in eadem causa, uerum, & in causis connexis,
7 & dependentibus. † Nam ratione connexitatis uiget eadem ratio, c. translato, de testi. Ita dicit Philip. Franc. in d. c. postremo, in secunda col. in uers. Sed tu intellige, dicens hoc uoluisse Io. And. in c. fi. de consti. in 6. Limitatur uerò dicta conclusio, ut non procedat, uidelicet, quod quis non possit, quia fuerit aduocatus, qui pro-
8 palauit uoluntatem suam impediri, ut in ea fiat iudex, † quando qui uult eum impedire, non sit is quem aduocatus dixit fouere iniustitiam per Feli. in d. c. irrefragabili, col. fin. ex auctoritate glo. in c. fin. in uers. in testem, de testi. in 6. & Imo. in d. c. dilecto, quas auctoritates. d. loco allegat Feli.

VNDECIMO quæro, an qui dat consilium, in eo, in quo dat consilium, dicatur consentire. Istam quæstionem uidetur ponere Abb. in c. cum olim, nu. 4. & nu. 5. de arbi. Sed certe in terminis, quibus ego proposui quæstionem, ipse non loquitur, sed solum in casu, quando quis tenetur facere aliquid de alterius consilio. In quibus terminis se resoluit satis esse, q requiratur consilium,
1 † quando necessarius non est consensus, sed si necessarius est consensus, tunc nō satis esse requirere consilium ad ualiditatem actus, nisi tale consilium interueniat, & ita tenet Bart. in l. i. §. si plures. ff. de exer. Ego autem propono quæstionem generaliter, præsupposito q, datum sit consilium, an tunc in re facta, seu fienda post consilium, cōsensus consulentis dicatur interuenire, ita quod ualeat consequentia, si tu consuluisti, ergo consensisti, cuius quæstionis effectus potest cadere, tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus. In ciuilibus, pu.

ta, si extaret statutum, quod non possit fieri contractus per mulierem, minorem, uel similes personas sine consensu propinquorum &c. In criminalibus, puta, si per legem, uel communem, uel municipalem, puniretur consentiens alicui delicto, propter quod, in huius rei terminatione à proprietate sermonis recedere non oportet, † quoniam 2
uerba statutorum propriè debent accipi. l. i. §. is qui naues. ff. de exer. l. constitutionibus. ff. ad munici. & l. si patronus §. si quis cum esset. ff. de bo. liberto, & maximè non est recedendum à proprietate uerborum, † quando ex eo quod recederetur, pœna sequeretur ad 3
cumulata per Ias. in cons. 188. in secundo uol. Retentis ergo dictis terminis, prima facie dico, quod ubi interuenit consilium, ibi dicitur consulentis consensus interuenire ex Abb. hoc affirmante ex mente Host. in d. c. cum olim, nu. 4. † dicente quod consensus est simul sen 4
sus, quia dicitur à con, quod est simul, & sensus. Unde Abb. idem uult esse in consilio ex propria significatione uocabuli sumpta ab etymologia, quod est consultorum responsiones legere. Contrarium tamen, hoc non obstante, uerius credo ex his, quæ dicit Bald. in l. fi. C. ad sen. Maced. ubi Bal. dicit quod ex proprietate sermonis, in quibus terminis hanc quæstionem terminandam esse dixi, consensus dicitur simul sensus, non ex interuallo, † quod dictum Baldi, confirmatur ex his quæ 5
dicit Deci. in rub. C. de pac. nu. 2. ubi declarando quod dicit textus in l. 1. ff. de pactis, in princi. uidelicet, quod pactum est duorum pluriumue in idem placitum, & consensus, & declarando differentiam pacti, & pollicitationis, concludit pactum, in quo interuenit prædictus consensus secundum communem opinionem esse simultaneum, & non ex interuallo, quod etiam tenent communiter scribentes in rub. ff. de uerb. oblig. hoc stante, dico de necessitate non sequi, quod qui dat consilium, consentiat, & hoc per fundamentum sumptum ab experientia, † quæ est omnium rerum magistra. c. quam 6
sit, de elec. & elec. potesta. Unde Philosophus inquit, natura potentem, ars facilem, usus promptum reddit artificem, & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum, quod dictum citat glo. ibi in c. quam sit, in uerbo magistra, ex experientia igitur dico, quod quando quis petit consilium, est dubius quid facere debeat, quia si hoc, quod requirit, de se sciret, non quæreret consilium, quare de re consultata, non potest dici simul sensus, respectu petentis consilium. Nec etiam respectu dantis, quia tempore quo datur consiliũ, petens consilium non sentit, illud quod consulitur, nisi post consilium præstitum, quod consilium licet petierit, tamen aliquando, postquam datum est, etiam illud spernit, hinc est, quod decipitur Abb. in d. c. cum olim, dum sumit etymologiam in consilio, sicut in consensu, quia licet uerum sit, † quod etymologia uerbis det proprium si- 7
gnificatum, quando diffinitio non repugnat. l. notionem §. instrumentorum. l. tugurii, l. ut alphenus, & l. pupillus §. territorium,

& per glo. ibi. ff. de uerb. signif. tamen etymologia modo, quo
sumitur per eum, non potest conuenire, quia, sicut in diffinitione
consilii per me tractata in prima quæstione huius Apologiæ, consi-
lium etiam potest dici interuenisse, quando quis non legit consulto
rum responsiones ad modum etymologie Abbatis, quia datur non
semper à pluribus uni, & in scriptis, sed ex frequentiori usu datur
ab uno uni, uel pluribus, licet aliquando secus, sed satis est, quod ety-
mologia Abbatis, respectu frequentioris usus consulendi, repugnet,
8 magis forte propriam sumeremus etymologiam in consilio, † quan
do diceremus prouenire à con, & sileo, quia qui petit consilium cũ
semetipso disputat quod per eum in re, in qua est dubius, immo & se
pe ignorans, fiendum sit, requisito autem super tali re peritiorem,
seu quem peritiorem iudicat, silet cum eo, hoc est acquiescit rei fien-
dæ, modo quo ipse consulens dixit esse acquiscendum. Hæc enim e-
tymologia, conuenit consilio in scriptis, & sine scriptis, & pluri-
bus consulentibus, uel uni tantum, & econtra, & ideo talis etymolo-
9 gia magis amplectenda est † cum etymologiando ueram eloquimur
ipsius rei originem, ut per Io. de Imol. in l. i. ff. de aquir. poss. quo-
niam ab etymon græce dicitur quod latine uerum significat, ut per
Nico. Euer. in Centu. loco. 6. Redeundo igitur ad propositum, di-
co, quod ex quo consensus ex proprietate sui, non potest dici interue-
nisse in aliqua re, si ex interuallo interueniat, ut per Bald. in d. l. fi.
C. ad sen. Maced. ubi dicitur, quod etiam ex interuallo sufficit, sed sa-
tis est secundum Baldum quod regulariter consensus, ut dicatur con-
sensus, debeat incontinenti interuenire, & tamen uidemus, tam ex
diffinitione, quam ex etymologia consilium posse dici datum, li-
cet postquam datum fuit per multum tempus, iuxta illud, res sit e-
xecuta. Vnde in hac re sic puto distinguendum, uidelicet, aut qui
petit consilium, dicit se uelle certum quid facere, & ei à quo petit cõ-
silium aperit suam uoluntatem deliberatam, dicendo de hoc liben-
ter intelligerem consilium tuum. Aut talem uoluntatem non aperit
sed simpliciter petit consilium, puta consulas me, an Romam ire,
uel non ire debeam, quia in hoc sum dubius, primo casu, aut dans
consilium dat illud iuxta modum quod petens consilium, dicitur se
uelle facere, aut aliter, si iuxta &c. Aut incontinenti, consulendo,
respondet, aut ex interuallo, si incontinenti, tunc consulens propri-
e dicitur consentire ex Bal. in d. l. fin. C. ad sen. Maced. si ex in-
teruallo, & tunc dicitur etiam consentire, secundum Bart. in l. si
quis mihi bona §. iussum. ff. de aquir. hæred. nu. 5. Sed tamen hoc
casu consensus erit improprius, per Bald. in d. l. fin. Aut consu-
lens, seu requisitus de consilio, aliter respondet, & tunc, aut sequi-
tur executio iuxta consilium, aut consilium spernitur, si sequitur
executio, quod tunc consensus consulentis erit proprius, aut
improprius prout interueniet executio, uel incontinenti, uel ex

interuallo, ut supra dixi. Aut spernitur consilium, & tunc, cum so
lus consulens concurrerit in hoc, quod aliquid esset fiendum, iste
terminus consensus; † qui collaudationem plurium requirit, ut est 10
glo. in c, i. in uerbo tractatus, de rebus eccle. non alie. cessat, nec
potest dici adesse, sed potius, tunc uoluntas, & intentio diceretur
respectu eius, qui dedit consiliũ interuenisse, aut qui petit cõsiliũ, nõ
aperit uolũtatẽ suá, sed tantum quærit, quomodo sit per eum fiendũ.
& tunc, aut petens consilium tenetur facere, prout consilium sibi
dabitur iuxta illos casus, de quibus per Bart. in. l. i. §. si plures. ff. de
exerci. Et talis consulens dicitur consentire, aut petens consilium,
non tenetur facere iuxta consilium, & tunc non dicitur consulens
consentire, nisi fiat secundum suum consilium incontinenti, si uero
executum fuerit consilium ex interuallo, consensus erit improprius
Ad quæ aduertendum est, quando à statuto, uel à lege, alicuius con
sensus attenditur, maximè in criminalibus, † ubi agentes, & consen 11
tientes puniuntur. l. & si amicis. ff. ad leg. Iulia. de adulte. In con-
formitate eius, quod dixit Paulus in prima ad Rom. in fin. cuius
uerba sunt: Qui cum iusticiam Dei cognouissent, non intellexerunt
quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciũt,
sed etiam qui consentiunt facientibus.

DVODECIMO quæro, an si quis se ad aliquid obligauit, il
ludq; non facturum sub iuramento promisit, nisi cum consi
lio cuiusdam, possit, consilio non requisito, si immineat ne-
cessitas, illud facere, primo dico, quod non, quoniam quando aliquis
iurat super aliqua re, propter iuramentum, remanet exclusus à qua-
cunque exceptione, tanquam in genere cogitata, ut per Alexand. in
cons. 133. in tertia col. uol. 5. ex mente Anton. de But. quem ibi
refert. Nec dicatur casus necessitatis non esse comprehensus per. l. ii.
c. de patribus qui filios distr. ubi licet per. l. i. illius tituli dicatur
quod non potest pater aliquo modo filium iugo seruitutis subiicere
† tamen per ipsam. l. ii. disponitur, id sibi esse permissum in casu 1
necessitatis, quia imò, q; casus necessitatis sit comprehensus, in casu
iuramenti, de quo supra, uidetur decisum per Marcum Anton. Ba-
uer. in trac. suo, de uirtu. iura. nu. 12. ubi concludit q; si quis iura-
uit aliquid integre restituere, sine aliqua exceptione iuris, & facti † q; 2
tali casu uidetur renuntiasse beneficio, ne conueniatur nisi in quan-
tum facere potest, & sic casui necessitatis, cum inter cætera, benefi-
cium, q; quis non conueniatur, nisi in quantum facere possit, uellit
hoc, q; deducatur tantum, † q; conuentus habens tale beneficium, 3
non egeat. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. l. inter eos. § is quo-
que. ff. de re indic. & est glo. in. l. maritum, in uers. facere. ff.
solu. matri. Secundo facit, † quia licet spontanea obligatio, seu alie 4
natio, non præsumatur in eo ubi concurrit necessitas. l. item lega-

tam . ff. de admini. lega. Et propterea in dubio credendum sit, ꝙ
quis se obligãdo, noluerit obligari in casu necessitatis, cũ hoc non sit
5 uerisimile † quod argumentum à uerisimili præsertim attenditur in
coniecturãda mente contrahentiũ. l. in obscuris. ff. de reg. iur. ta-
men hoc non obstante, ꝙ excludit præsumptionem cogitationis ca-
sus necessitatis, in eo qui se obligauit, propter iuramentum quod
6 est interpositum † intelligitur quis obligari, ac se obligatum esse, e-
tiam ad incogitata, per Bart. quem communiter sequuntur scri. in
l. sciendum. nu. 8. ff. de uerb. obliga. ¶ Istis tamen non obstanti-
bus, contrarium uerius est ex decisis per Panor. in c. tua nos. nu. 8.
de eccle. edifi. ubi concludit, ꝙ si quis dixerit sub iuramento se nõ
alienaturum &c. Inconsulto pontifice, poterit tamen imminente
7 summa necessitate alienandi dictam alienationem, † irrequisito con
silio, facere, & ibi iura. & decisiones allegat, in cuius rei confirma
tionem ego adduco, ea quæ consuluit Io. de Ana, in cons. 7. in ul-
timis uerbis, uult ibi Io. ꝙ licet in pecunia non teneatur uassallus ad
iuuare Dominum suum per tex. in c. licet uassallus. in titu. si de feu
do fuer. contr. tamẽ in casu magne necessitatis aliud fieri debere per
8 eum, respondet, quod rationabile est, † cum necessitas legi non sit
supposita. l. i ff. de offi. consul. & ibi glo. in uers. expedire, & est
tex. in l. i. C. de oper. liber. Vnde Christus, ut in xii. per Mat.
Fariseis dicentibus, ꝙ Apostoli faciebãt, quod in sabbatis non lice-
bat eis fieri, respondit. Non legistis, ꝙ fecit Dauid, quando esuriit,
& qui cum eo erant, quomodo in domum Dei intrauit, & panes
propositionis comedit &c. Hinc est, ꝙ imperator in. l. si quis ad
declinandam. §. sin autem ampliores. C. de episc. & cleric. quando
pauperes simpliciter sunt scripti hæredes, determinat eos hæredita
tem consequi, qui in maiori necessitate sunt constituti. ¶ Est enim
9 tantæ potentiæ necessitas, † ut probabile faciat, quod est improba-
bile, ex Bald. in. l. si testamentum, nu. 3. C. de testam. ita ꝙ licet
ordo locutionis possit præuerti, non tamen ordo necessitatis ex eo.
Bald. in d. titu. de testam. in. l. præposteri, imo quod est alias
prohibitum propter necessitatem toleratur. l. i. §. sane, & ibi glo. in
uers. urget. ff. de feriis, unde magis subueniendum est ei qui ex
necessitate facit, quàm ei qui facit ex uoluntate ex Alex. in. l. si cum
dotem. col. 2. ff. solu. matri. argumento. l. si fideiussor. §. si ne
10 nessario. ff. qui satisda. cogan. † Poteritq; fideicommissum fieri de
prohibitis si necessitas inducat, ut non remaneant in terminis pro-
hibitionis. l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de leg. iii. Sed qui
quærit aliquid sibi permittendum ex causa necessitatis, non satis est
ꝙ dictam necessitatem alleget, sed eam probare tenetur Alexan. in
l. si quis maior, col. i. C. de transac. Nec prætendenti dictam ne-
11 cessitatem, sufficiet omnem speciem necessitatis probare, † triplex
est enim necessitas, sicut dicit Bald. in cons. 186. in secunda parte.
fatalis

fatalis naturalis, & aquisita data opera. primæ duæ species excusant,
sed tertia non excusat, ita Bald. ibi in d. consi. item nec semper
est uerum quod necessitas cuiuscunque generis, legi non subiiciatur
ut supra simpliciter conclusi, sed illa tantum, sine qua, uita corpora
lis sustentari non potest dummodo etiam, quod est contra legem,
non sit malum de se, item illa necessitas sine qua uita commode ma-
nuteneri nequit, dum tamen aliqua recompensatio fiat, ex his quæ
dicit Ang. in sua sum. in uerb. Necessitas, nam si quis sibi ipsi ne
cessitatem imposuit, excusationem non meretur. l. fideiussor. §. si
necessario. ff. qui satisda. cogan. qui enim dedit causam necessitati,
indignus est, ut ei exceptio ratione necessitatis patrocinetur. l. ii. §.
quod diximus. ff. si quis cautio. Sed dici potest iuxta illud, hoc
portat leuiter, quod portat quisque libenter, † sed etiam in casu ne- 12
cessitatis, quam non præcederet culpa, non semper quis excusatur
sed tantum dicta necessitate durante. c. quod pro necessitate. i. q.
i. Et ex his quæ habentur in. c. cum cessante de appel. & in propo-
sito necessitatis inter cætera ad unum est aduertendum, quod licet pro-
pter necessitatem permittatur furtum. c. si quis propter necessita-
tem, de furt. non tamen permittitur mulieri turpitudo adulterii,
seu fornicationis. l. palam. §. non est ignoscendum, de ritu nupt. &
ratio est secundum Deci. in reg. Quæ propter necessitatem, de reg.
iur. nu. 4. † Quia mediatè furto, immediatè prouidetur necessitati 13
famis, sed non sic in coitu illicito. ¶ Quoniam autem in multis re-
bus, seu generibus cadere potest necessitas. c. si qui necessitate, de
consecr. distin. iiii. c. si episcopus. 18. distinc. Aduertendum est,
ne in incerto simus, quid ueniat nomine necessitatis, omne id pro
necessitate haberi debet, † quod iustum est impedimentum ex de- 14
cisis per Lucam de Pen. in l. curiales, la secunda, nu. 3. de decur.
lib. x. Vbi in materia necessitatis, multa notabilia dicit. Modo ad
opposita respondeo, & primo ad consilium Alex. cxxxiii. in. iii.
col. uol. 5. & decisionem Marci Anto. Baue. in tra. de uirtu. iu-
ra. nu. xii. dico aduertendū esse, quod nemo præsumitur ita supi-
nus, quod si existimaret se ad talem statum peruenturum, ut posset
per obligationem per eum factam, constringi, ita, & taliter, quod ege
re haberet, quod se in talem casum uellet obligari, quare si ex generali-
tate uerborum in hoc quis cum iuramento se obligat, per errorem
dicendum est, tale iuramentum sumptum fuisse, & sic sine consensu
l. si per errorem. ff. de iurisdi. omnium iudi. † Sed quando iura- 15
mentum, ex errore præstitum obligat iurantem ad obseruantiam.
ideo illum sic obligat, quia alias ueniendo contra iuramentum esset
periurus, ut per Alex. in suprallegato consilio col. penult. in uerb.
plus dicit Io. de Imol. Habemus autem, quod ubi interuenit neces-
sitas talis, ut ita loquar necessitatus, contraueniendo ratione neces-
sitatis liberatur à periurio per ea quæ dicit, & allegat Lucas in d. l.

monente, ideo cessante respectu periurii in casu nostro, dicendū
est non obstare iuramentum, quare credo in terminis Alex. & Mar
ci Anto. qood qui sic iurauit, possit conueniri, sed si contradiceret
se nolle soluere, ita quod ad necessitatem deduceretur, non existi-
mo, ꝙ uigore iuramenti posset cogi, cum contraueniendo non effi-
ciatur periurus, alias oporteret dicere eum periurum, ꝙ est contra
infinitos textus, quos Lucas allegat in d. l. monente. Noo obstat,
quod dicit Bart. in. l. sciendum, nu. 8. ff. de uerbo. obliga. uide
licet, quod iuramentum trahitur ad incogitata, sicut supra deduxi
16 † quoniam illud est uerum in incogitatis, de iure. Sed non in inco-
gitatis de facto, ex his quæ dicit Marc. Anto. Bau. in d. tra. de uir.
iur. nu. xix. ubi hoc dictum sic declarat, ꝙ in proposito oppositio
nis sentit Alex. in d. cons. cxxxiii. col. fin. uers. quod autem, dum
dicit, nam termini non sunt mutati, quia & tunc erat in ea pauper-
tate, in qua nunc est.

DECIMOTERTIO quæro, an laudabile sit in casu dubio
requirere consilium ab illiteratis. In hoc aduerti debet, quia
iudicio meo, alius est, qui dicitur imperitus literarum, alius est qui
dicitur illiteratus. Nam imperitus literarum, ut dicit Bart. in. l. sed
1 nouo iure. C. si cer. peta. ex mente Odofr. † Est is, qui nullas scit
literas, uel scit modicum, ut sont mercatores, qui nesciunt scribere
nisi uulgariter. Illiteratus, si sumatur significatus ex proprietate di-
2 ctionis, in. † quæ importat negatiuam. l. hac consultissima. §. ex im
perfecto. C. de testa. & §. inordinatum, in auten. de hære. & fal-
ci. cum simi. dicetur is qui non habet literas, nec moltas, nec modi
cas, cum negatiua importet priuationem ex Bar. in. l. de ætate. mini.
xii. de mino. Modo dico, ꝙ aut is qui requirit consilium, illud
requirit ex obligatione, aut ex uoluntate, si ex obligatione, aut ex
obligatione hominis, aut legis, si hominis, uel testatoris, uel pa-
tis, si testatoris, tunc siue sit literatus, siue illiteratus is de cuius cō-
silio agendum est ex dispositione testatoris, ipsius consilium. est re-
3 quirendum, † sed tamen de necessitate non est sequendum tex. est
in. l. quidam decedens. §. papinianus. ff. de admi. tuto. si partus, eo
dem modo, non habita distinctione, an literatus, uel peritus, & e-
4 contra, eius consilium peti debet, † & ulterius hoc casu, etiam sequi
l. sed si pupillus. §. conditio autem ff. de instito. actio. Si ex obliga-
tione legis, aut lex dicit, ꝙ aliquid fiat de consilio periti, & ita fieri
5 debebit, † quia quod lege scriptum est, seruari oportet. l. prosper-
xit. ff. qui, & à quibus. Nec omnis qui profitebitur artem in qua
est aliquid ex consilio fiendum, reputabitur peritus cum longa sit
differentia inter homines aliquid profitentes, & ingenii, & naturæ,
& doctrinæ. l. inter artifices. ff. de solutio. Si tamen aliquis com-
6 muniter reputetur peritus, † ut ex consilio periti ualebit quod fiet.

A

l. barbarius philippus. ff. de officio prætoris, aut lex, quando dicit q aliquid fiat de consilio alicuius certi &c. Non dicit periti, † & tũc 7
satis est, q fiat actus de consilio illius, siue sit peritus, siue non: texi-
tus est in. l. impuberibus. iuncta glo. in uerb. necessariorum. ff. de
suspe. tuto. Aut consilium requiritur ex uoluntate, † & tunc sem- 8
per ad sapientes recurrendum esset, quia sapiens nunquam inanis
est, sed semper habens in se amictum prudentiæ, potest dicere in-
duebam iusticiam, & iudicium uestiebam teste Specula. in titu. de
aduoc. § ne de exordiis, nu. 18. uers. sapiens. ¶ Poterit tamen esse
utile nedum à sapiente, sed & ab insipiente consilium petere, quia
aliquando insipientes accutius sciunt discutere, & decidere unum ca-
sum, quàm omnes sapientes, ut dicit Abb. in c. ad nostram, in glo.
i. de consuetu. referens Io. Ande. ibi dicere de fatuo Parisiensi, qui
terminauit quæstionem miro modo inter tabernarium, & quendã
pauperem à quo tabernarius uolebat extorquere pecuniam, quia cõ-
mederat panem ad odorem assati, nam respondit fatuus, tenere illi
soluere ex sono unius denarii turonensis, & talem decisionem illius
quæstionis, multum comedat Abb.

DECIMOQVARTO, & ultimo quæro, pone nos habemus, q quando episcopus uult disponere de rebus ecclesiæ, duo o-
portere eum facere, † ut meliora prospiciat, & cum totius cle- 1
ri tractatu, & consilio, id eligat, eu sine exceptione, xii. q. ii. c.
ecclesia habet 16. q. 1. ubi dicitur q Roboam ideo perdidit Regnũ,
quia noluit audire presbyteros, & melior est textus de hoc in c. quã-
to, de his quæ fiunt à pla. ibi, & cum eorum consilio, uel sanioris
partis eadem peragas, & pertractes, quæro igitur si quid episcopus,
uel prælatus faciat, an de consilio cleri, uel monachorum id fecisse
credendum sit. Glo. in c. ea noscitur. in uerb. debet eod. titu. re-
spondet hoc præsumendum esse, sed contrarium tamen posse proba-
ri. Inno. ibi sequitur glo. ampliando ut procedat etiam si Abbas
non ostendat eius literas, refert tamen quosdam tenere, apparente
contradictore, oportere Abbatem probare consilium monachorum
interuenisse Abbas in d. c. nu. ix. dicit, q multi sequuti sunt glo.
inter quos allegat Federo. in consi. 207. & Compost. in c. cum dile-
ctus. de consuetu. uerum dicit hanc quæstione esse difficillimam, &
post relatas opiniones quorundam, quas dicit obscuras, conclu-
dit, q in casu contradictionis facta debito tempore, teneri Abbatẽ
probare consilium, seu consensum interuenisse, si contradictio fiat
ab extraneo ante executionem actus. ¶ Et, et si actus sit talis, in quo
sufficiebat tacitus consensus, idem respondet Abbas scilicet Abbatẽ
seu prælatum teneri probare consilium interuenisse, sed ubi non op-
ponitur, nec per conuentum, nec per extraneum, præsumi tacitum
consensum, in quibus tacitus consensus sufficit, non autem ubi re-

quiritur expressus, nam ibi requiritur expressus consensus, inquit
Abb. ego nunquam præsumeré pro consensu, & ita residet. Io. de
Imol. in d. c. ea noscitur, col.4.uers. Vnde Dominus Anto. dicit q
si de actu sit factum instrumentum, & dictum sit in eo, cum consen
su capituli, tunc quia est solennitas, quæ potuit interuenire illo
2 tempore, ideo sic præsumi, † ut hoc neganti, incumbat onus proban
di, ex nota per glo in. l. i. C. de fide instru. & iure hast. fis, lib. x.
Sed si dictum non sit cum consensu populi, in quibus sufficit tacitus
consensus, præsumi interuenisse, ubi uero requiritur expressus, si
pro quo factus est actus, est in quasi possessione, & sit in iudicio tan
quam reus, præsumi consensus, si uero, ut actor, tantum præsumi
consensus, quando quasi possessio non est recens, si uero non est in
quasi possessione, tunc non præsumi consensus, nisi actus sit multum
antiquus, uel in se contineat tale quid propter quod præsumatur so
lennitas extrinseca, puta sententia &c. Ita dicit Imol. hanc fuisse
opinionem Anto. quam ipse sequitur, declarando tamen illud, quod
solennitas extrinseca præsumatur procedere, quando nō fuit appella
tum, item declarando illud quod pro quo factus est actus, si est ac
tor, & quasi possessio sit recens, dum dicit, q non præsumitur con
sensus procedere, quando principaliter quis peteret declarari con
sensum capituli interuenisse, alias secus. ¶ Ego in hoc articulo a do
1 ctoribus satis pro difficili annotato, considero q Abb. satis restri
ctè in eo loquutus est, omisit enim caput illud, quod tangit Antoni
us, relatus ab Imol. uidelicet si factum sit instrumentum de actu fa
cto per prælatum, & dixerit notarius in instrumento, de consensu
cleri, nam dicit Antonius, q ex quo solennitas, idest cōsensus cleri po
tuit interuenire tēpore instrumēti, iō lz sit solēnitas extrinseca, presu
mēdum esse pro solennitate, per glo. in. l. i. C. de fide instru. & iu
re hast. fisca. In qua conclusione ego cum hoc dicto simpliciter non
transeo, nam quando expediret ecclesiæ contractum minus ritè fa
ctum fuisse, tunc non credo solennitatem extrinsecam præsumi, e
3 tiam quod potuisset interuenire tempore instrumenti. † quia eccle
4 sia fungitur uice minoris c. i. & c. auditis, de in integrum resti. † Sed
aduersus minorem aliquid extrinsecus non præsumitur, ut dicit glo.
in. l. sciendum. ff. de uerborum obligatio. per quam glo. Ias. ibi
nu. xxx. dicit nos habere egregiam declarationem ad. l. quæcun
5 que. in fin. ff. de publi. † Vbi habetur quod solennitas extrinseca
non præsumitur, nisi probetur, nam dicit hoc intelligendum esse
ex glo. in d. l. sciendum, contra personas priuilegiatas, ex quibus
sequitur limitatio ad dictum Antonii, ut uidelicet non sit uerum q
solennitas extrinseca præsumatur, quando non expediret ecclesiæ
contractum fuisse solenniter factum Præter limitationem, prædicto
dicto, ampliationem adiungo, scilicet uerum esse, q non tantum
præsumitur solennitas extrinseca, quando hoc notarius expressis

 set

fet in instrumento, & talis solennitas poterat interuenire tempore confecti instrumenti, † sed etiam quando hoc à notario non fuisset 6 expressum, longumq; tempus exactum fuisset post celebrationem actus, cuius i rogitu nō dixisset notarius interuenisse consensum, seu consilium eorum, quorum interuenire debuerat, nihilominus præsumeretur huiusmodi solennitas interuenisse per tex. in. l. si filius familias. C. de peti. hære. & in. l. qui in aliena. §. sed & si. ff. de aquir. hæredi. & quanquam multi tenuerint contrarium, quos citat Ias. in. l. sciendum, nu. 16. Attamen hæc est canonistarum, & iuristarum communis opinio, ut ibi Ias. affirmat, & si dubitetur quod sit istud longū tempus, cū uariè in hoc glo. in d. l. filiusfamilias, respondit, † dico longum tempus illud esse, quod non est minus decennio. l. si cum fideicommissa. §. ne quibus. ff. qui, & à quibus. Intelligendo tamē hoc longum tempus inter personas illas, inter quas factus est actus requirens prædictam solennitatē, quæ in ea prouincia per spaciū illius temporis moram traxerint, Alias si in diuersis prouinciis commorabantur tunc longum tempus protrahitur usque ad 7 uiginti annos. l. fin. C. de præscri. longi tempo. Et ita puto procedere, ac declarandum, & distinguendum esse, quod dixit Antonius sequutus ab Imol. in hac parte, ¶ In cæteris pertinentibus ad istam quæstionem, uidetur, quod Abbas, Antonius, & Imol. quantum sit respectu eorum, in quibus sufficit tacitus consensus, quod sint concordes. Sed nec hoc ita de plano procedere existimo, quia aut de actu facto per prælatum, notarius fecit instrumentum, aut de hoc instrumentum aliquod non apparet, primo casu. Aduertendum est, † quod 9 quando notarius facit instrumentum, tanquam rem substantialem locum in eo exprimere debet. l. optimam. C. de contrahen. & commi. stipu. Specul. in titu. de instru. edi. in §. instrumentum. nu. 5. & idem eod. tit. §. breuiter, nu. ix. Nec solummodo sufficit exprimere unum locum, sed talis expresio in duobus consistit, uidelicet in loco ciuitatis, uillæ, uel castri, † & etiam in loco in quo factum é 10 instrumentum, qui dicitur locus loci, ita dicit Specu. in d. §. breuiter. Si igitur prout debet, notarius expresit locum, & locum loci, aut iste locus loci. erat locus consuetus, ubi fiebat congregatio canonicorum, seu monachorum, aut non, si erat locus consuetus, &c. Et tunc, † licet in obligando se, qui tacet non uideatur consentire. l. 11 filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procu. & l. inuitum. ff. de serui. urba. prædio, tamen in uniuersitate, ut est in casu præsentis quæstionis, nedum si res bene geritur, sed etiam si malè, † quicunque de uniuersitate, qui tacet habetur pro consentiente, ut per Abb. in c. i. 12 de his, quæ fiunt à maio. par. cap. Et ibi dicit rationem esse, quia cum ex officio suo teneatur consulere, ideo si tacet, uidetur consentire per. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. Aut non erat locus consuetus, & tunc, quia, ubi uniuersitatis exigitur con-

maior pars

13 sensus. † ad ualiditatem actus requiritur, ꝙ uocandorum adsint ad
minus duæ partes, & ꝙ ex illis duabus partibus maior pars consen-
tiat, ut per glo. in d. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. in
uerb. constitutum, uers. circa alia negocia, & Panor. ibi nu. 16. ubi
sic dicit, ꝙ intelligi debet. l. nulli, & l. planè. ff. quod cuiusque
uniuers. ideo cum talis locus non sit locus consuetus congregatio-
nis, ita ut non sit uerisimile, ꝙ nec saltē duæ partes interuenerint ad
actum, seu ad eorum notitiam actus peruenerit, non est præsumen
dum, ꝙ talis tacitus consensus interuenerit. Secundo casu, quando
de actu facto aliquod non apparet fuisse factū instrumentum, in hoc
dico respiciendum esse, an prælatus dicat se fecisse actum de consen-
su cleri, uel id neget, si de consensu cleri, aut clerus id negat, aut ter
tius, si clerus negat, aut actus respicit beneficium ecclesiæ, uel con-
tra, si respicit beneficium, præsumitur consensus, quia cum prælatus
& clerici reputentur unum corpus. c. nouit de his, quæ fiunt à præ
la. Verisimiliter præsumuntur scire facta prælati. l. de tutela. C. de
in integ. rest. & l. octaui. ff. unde cogna. Ideo ad id quod respicit
eorum beneficium, uidentur consensisse. l. si remunerandi. §. si pas-
sus, & l. qui patitur. ff. manda. Si respicit damnum, aut illud da
mnū est modicū, aut magnū, si modicū, consensus præsumitur. l. quam
tuberōis §. sunt quidā. ff. de pec. l. ficta gl. ibi in uerb. cōcedēte, l. labeo
cum glo. in uerb. nō teneri. ff. de aqua plu. arcen. Si dānū sit magnū, nō
est quærendum, an præsumatur tacitus consensus, quia omnino ex
pressus requiritur ex decisis per Abb. in c. in causis, nu. 27. de elec.
14 & elec. pote. ubi inquit, † ꝙ quæ dependent ab uniuersitate, tunc li
bet requirunt expressum consensum, quando sumus in arduis, quia
tunc taciturnitas non habetur pro consensu; & hoc dicto singulare
& notandum, ac communiter teneri, dicens tale dictum esse ad limi-
tationem eorum, quæ dixit Inno. in c. 1. de his, quæ fiunt à maio.
par. cap. quod & ego supra proximè dixi, uidelicet, ꝙ præsentes de
uniuersitate, qui tacent uidentur consentire, & inuoluuntur pecca-
to, & pœna peccati, nā id nō procedit dicit Abbas, quando in uniuer
sitate tractaretur de re multi momenti. Si tertius negat consensum
capituli interuenisse, & tunc in dubio præsumitur, ꝙ consensus in-
15 teruenerit; † licet audienda sit probatio in contrarium ex glo. in c.
ea noscitur, in uerb. debet, de his, quæ fiunt à præla. Ex quibus sic
declaratis, & distinctis apparet, non ita simpliciter tacitum consen-
sum præsumi, sicut Abbas, & multi alii crediderunt. Quantum sit au
tem respectu eorum, quæ requirunt expressum consensum Abb. in
d. c. ea noscitur, resolutè tenet, ꝙ nunquam præsumitur, & alia ra
tione non mouetur, nisi quia est solennitas extrinseca, & quia fru
stra leges requirerent scripturam. Imol. referens Anto. & illum se
quens in d. c. ea noscitur, tribus casibus dicit consensum expressum
præsumi, primus quando pro quo factus est actus, est in quasi possessi
sione, & est in iudicio tanquam reus, secundus quando est in iudicio
ut actor, is pro quo factus est actus, & in quasi possessione, & illa pos

ſeſsio nō eſt recēs, Tertius caſus, & ultimus,ē quando is pro quo fa-
ctus eſt actus, non eſt in quaſi poſſeſsione, ſed actus eſt multum an-
tiquus, uel in ſe tale quid continet, ꝙ inducat præſumptionem ſolē
nitatis extrinſecæ, quo ad primum caſum aduertendum eſt,ꝙ Imol.
mouetur ex his, quæ habentur in c. cum ueniſſent, de inſti. Sed cer
tē non uidetur, ꝙ ſola quaſi poſſeſsio eius, qui eſt in iudicio,ut reus
ſufficiat ad inducendum præſumptionem expreſsi conſenſus, atten-
tis his quæ habentur in d.c.cum uenisſent.in glo.in uerb. probatum
& ibi Io. And. Dicit glo. † ibi ꝙ ſi rem eccleſiaſticam epiſcopus ali- 16
cui perſonæ donauerit, donatio præſumitur perſonalis, ibi uero Io.
And.dicit, ꝙ licet in caſu illius capituli donatio fuiſſet facta perſona
liter, tamen quia archidiaconus ille, & anteceſſores ſui, fuerunt in
quieta poſſeſsione, præſumitur,ꝙ conceſsio donationis fuerit realis
quare apparet ꝙ non ex ſimplici poſſeſsione, & quia quis in iudicio
ſit, ut reus, ſequitur præſumptio eorum, quæ requirunt conſenſum
expreſſum, ſed oportet, & anteceſſores eius poſſediſſe. Nec etiam
hoc caſu præſumptio eſt perpetua, ſicut innuit Imol. Sed tempora-
lis, † quia talis poſsidens tuendus eſt in poſſeſsione ſolum,quouſque 17
ex aduerſo probetur conceſsionem fuiſſe perſonalem, ut per glo.in
in d. c. cum ueniſſent, in uerb. fuiſſe, Secundus caſus relatus, & ſe-
quutus per Imol. non etiam procedit ſimpliciter, uidelicet,ꝙ ex eo
ſolo, ꝙ poſſeſsio non ſit recens, præſumatur extrinſeca ſolennitas,
ſed oportet eſſe diutinam poſſeſsionem, ut probat tex.allegatus per
Imol. in d. l. ſi filius, C. de peti. hæredi. & quando ſit diutina ſu-
perius declaraui. Tertius eſt caſus, quando actus eſt multum antiqu
us, tunc enim præſumitur ſolennitas extrinſeca, † antiquus autem 18
dicetur actus, quando difficilis, uel ferē impoſsibilis eſſet probatio
ſicut colligitur ex his, quæ dicit Io. And. & Anto. de But. in c. al-
bericus, de teſti. & ſi quæratur quod tempus debeat eſſe lapſum, ut
actus appareat antiquus,uideatur Fran.de Are.in conſ.36.caſus talis,
col. 3. ubi refert in hoc nonnullorum opiniones, ſe autem reſoluit,
† ꝙ ſit iudicis arbitrariū ex mente Io. Cal.& Domini Anto.de But. 19
in, c. quoniam contra, de probatio, & reſpectu iſtius tertii caſus cæ
tera tenenda ſunt iuxta declarationem Imol. ex locis, quæ in hoc
allegat. Nec obſtat quod dicit Abb. dum tenet, ꝙ conſenſus,ubi ex
preſſus requiritur, nunquam præſumitur, quia ſolennitas extrinſe-
ca non præſumatur, & quia non requireretur ſcriptura, quia falſum
eſt, quod nunquam præſumatur extrinſeca ſolennitas, ex his, quæ
ſupra allegata ſunt, item licet requiratur ſcriptura, requiritur quan
do præſumitur ſolennitas extrinſeca tempore celebrati inſtrumen-
ti, quia ſi hoc dicatur à notario, & talis ſolennitas potuerit interue-
nire tēpore dicti inſtrumēti,præſumitur ꝙ interuenerit per gl. in d.
l.i.C.de ſi.inſt.& iu.haſt.fiſ.lib.x.Et per hæc ſit finis huius primæ ꝑtis
in qua quatuordeci qōnes ad eā pertinētes abſolutē fuerunt.

RITII MERLI APOLO-gia Homaloteticarum parte de consilio sapientis.

SVM in secunda parte principali, uidelicet, circa ea, quæ possunt dubitari circa materiam consilii sapientis; in qua primo quæro, ut infra uidelicet.

¶ Quæro, an consilium sapientis excuset iudicem, ita q, licet sit iniquum, dicatur rite fecisse, iudicando iuxta dictum consilium. Videtur in primis, q excuset iudex, per glo. in l. titium, & meuium, in § quantum, in uerb. arbitrio. ff. de admini. tuto. uult ibi glo. q arbitrio mulierum, non sit aliquid agendum, cum non sint tutrices, sed arbitrio boni uiri, alioquin cõtra, infert igitur glosa, q siue benè, siue malè, mulieres consulerent, non esse eorum consilium spernendum, quando essent tutrices, quoniam habetur illud ius consulendi in officium, † cum tutela sit officium, ut per Bart. in. l. 1. § si plures. col. iii. ff. de exerci. Ideo idẽ dicemus de iudice, ut illum; cui sit datum hoc officium consulendi, sequatur, nec malè faciat, siue equum, siue iniquum fuerit consilium. Secundo pro ista parte facit textus expressus in l. si conuenerit. ff. de re iudi. ubi lex dicit et ita à Paul. de cast. sumatur, q sicut cõcordant partes esse iudicandum; eo modo per iudicem esse sententiam ferendam, & tamen clarum est, quod partes ipsæ poterant sic contra iusticiam, quàm pro iustitia concordasse, ut iudicaretur. Ideo pariter, si partes deuenerunt ad eligendum consilium sapientis, ex quo approbarunt eius iudicium. Et est à iudice approbandum. Tertio faciunt decisa per Paulum de castr. in. l. & sunt § hodie, col. fin. ff. de pactis, uult ibi Paul. † q quando sunt quatuor executores ad distribuendum bona in pauperes, & duo uolunt distribuere in quosdam, & alii duo in quosdam alios; tunc dicit Paul. Non habita distinctiõe, an benè, uel malè eligat, iudicem posse eligere, quos duos sibi placebit. His enim supradictis tribus fundamentis, si lex permittit iudici, non respiciendo magis ad equum; quàm ad iniquũ, facere, q sibi libuerit, sequitur, q si malum consilium sapientis sequutus sit, q excusabitur, † quia non est in culpa, imo iuste facit; qui facit lege permittente, ut per glo. iunctis notatis ibi per Ang. in § exhæredatos, in uerb. iuste, de hæred. & falci. quam citat Iaso. & sequitur in l. 1. iuste, nu. 17. ff. de aquiren. possess. Vnde cum iureconsulto potius dicere debemus; & si durum sit, tamen seruandum est, quia ita lege perspectum est iuxta l. prospexit. ff. qui, & à quibus. ¶ Sed prædictis non obstantibus contrarium, tamen, ut

1 (beside "...cum tutela sit offi-"), 2 (beside "...quatuor executo-"), 3 (beside "...imo iuste facit;"), 8 (beside "...Vnde cum iu-")

uerius est tenendum, & sequendū, pro quo facit, quod dicit Abb.
4 in c. olim, nu. 2. de arbit. † Vbi inquit ꝙ qui habet aliquid expli-
care de consilio alterius, licet teneatur illius requirere consilium, nō tamen tenetur sequi tale consilium. Vnde infero, ꝙ si iudex debet requirere consilium, cum sit in libertate, eo requisito, illud non sequendi. In culpa sine dubio esset, si dictum consilium, cum esset iniustum, sequi uellet, imo fortius dico, ꝙ si sibi data fuisset libertas sequendi, uel non sequendi ad eius libitum, tamē tantum, quando consilium esset honestum, per iudicem amplecti deberet, & non aliter, ex his, quæ dicit Abb. in d. c. cum olim, nu. 4. dum per
5 c. cum causam, de elect. & alia iura, quæ ibi allegat uult, † ꝙ qui hēt liberam potestatem eligendi, indignum eligere non debeat, faciunt pro ista opinione, ea quæ dicit Bal. in l. fin. in princi. nu. 6. C.
6 de iure delibe. † ubi uult quod si mulier, uel rusticus inuentarium minus solenniter, fecerunt sequuti consilium consultoris, quod erat erroneum, non tamen, licet hoc sit rigorosum, esse excusatione dignos, quàm sed quo loco hoc melius pro parte negatiua probatur, ex decisis per Bart. in l. i bonorum, nu. 4. ff. de bono. possess. dicit
1 Bart. ꝙ si unus assessor petit consilium ab alio, certè credendo illius consilio, non habet iustam causam ignorantiæ, quia per se debet scire, & hoc dictum Bart. refert, & sequitur Bald. in l. 1. iuris ignorantia. nu. ii. C. qui admit. Non obstant opposita, & primo glo. in d. l. titium, & meuium, in princi. in uerbo arbitrio, quia illud est ideo, quoniam dando testator illis mulieribus officium tutelæ, quod est ius in capite libero, & § i. insti. de tute. uoluit ꝙ omnino sequeretur earum consilium, quod & fieri debet in casu præsentis quæstionis, quando partes conuenissent, ꝙ iudicandum esset secun-
7 dum consilium sapientis, ut infra proximè demonstrabo. † De conuentione autem partium, ad testatoris uoluntatem procedit argumentum § i. insti. de leg. fal. can. tollen. & ibi Ang. & est tex. in
2 l. fin. C. de lega. Ad textum in l. si conuenerit. ff. de re iudi. dico, ꝙ non ualet argumentum, partes concordarunt in eo, qui erat iudicandum, specificando per conuentionem rei terminationem, ergo eodem modo uidentur etiam concordes in ipsius rei terminatione, quando conuenerunt de persona, cuius consilio respondendum esset. Nam, ut dicit Bart. ibi, quo loco, tam in terminis, sicut in. l. in bonorum supra allegata, decidit istam quæstionem, licet
3 partes aquieuerint, ꝙ sententia committeretur consilio sapientis, nō tamen consenserunt, ꝙ sententia sic feratur, si male iudicauit. Non obstat quod dicit Paul. de Cast. in l. & suum §. hodie. ff. de pact.
8 quoniam mouetur per tex. in. l. i. C. de nupt. † ubi si quæritur de nuptiis puellæ, nec tutor, mater, & propinqui conueniant, arbitrium est præsidis, sed tamen ibi Bald. & alii intelligunt, quod præses tenetur eligere, ꝙ est utile puellæ, & non pati quod est inutile

le, ex quo apparet, ꝙ non ita de plano procedit dictum Pauli, & simpliciter, prout loquitur, sed eum intelligendo secundum legem quam allegat, † prout intelligi debet ex Salic. in. si ex cautione. x. 9
col. de non numer. pecu. & per Ias. in cons. i. iii. uol, col. iiii, dicemus, ꝙ iudex poterit eligere, quos sibi. Placebit, dummodo eligat meliores, & in effectu hæc materia in re præsenti, sic procedit, ut siue iudex elegerit petere consilium in causa, siue partes con senserunt, ꝙ causa ad consilium sapientis committeretur, tamen his casibus non excusatur iudex, si male iudicet secundum consilium, ita dicit Specula. in tit. de requi. conf. nu. xiii. ubi dicit, ꝙ aliqui in secundo casu, iudicem excusandum arbitrabantur, sed eos ipse re probat, si uero partes consentiunt ex nunc, ut secundum consilium talis feratur sententia, tunc iudex excusatur, etiam si malum esset consilium ex his, quæ dicit Bart. in d. l. si conuenerit, nume. iiii,
† ubi docet assessores cautelam, ꝙ in commissione faciant poni, ꝙ 10
ex nunc partes consentiunt, ut secundum consilium talis feratur sen tentia, & eandem cautelam docet Specula. in tit. de requi. consilii nu. xiii. in fin. Nec huic obstat, quod dicit Bal. in. l. mancipia. nu. ii. C. de seruis fugiti. ubi absque hac cautella, uidetur concludere, quod iudex poterit secundum consilium electi pro sapiente à partibus iudicare, licet, iniquum esset consilium, quia si aduertatur ad uerba Bald. uerum est, ꝙ hoc dicit, sed tamen nõ in eo se firmat, cum ex post dicit, uel dic, ut per Bar. in. l. conuenerit, quare opi
nioni Bart. uidetur adhærere, † cum doctor censeatur esse illius opi 11
nionis, cui postremo adheruit, ut per Ias. in cons. cxxi. uol. iiii. & quando, etiam opinionem Bart. non teneret, illa tamen esset sequenda, cum illam sequantur Specula. & multi alii iuxta. l. i. ff. de offi. quæsto. & aduertatur, ꝙ non tãtum, quando partes consentiunt, ut secundum consilium talis feratur sentẽtia, excusatur iudex,
sic iudicando, etiã si consilium sit iniquum, † sed, & quando etiam 12
statutum diceret, ꝙ iudex teneatur sequi consilium ex Bar. in d. l. si conuenerit, nu. iiii. uers. item puto.

RITII MERLI APOLOGIA HOMOlotica cũ pte de cõsilio sapiẽtis & pte innexa de subscriptiõe.

SECVNDO quæro, an consiliũ sapientis, manu consulentis debeat subscribi, ad istud quæsitum negatiue imprimis respondeo, per textum in. l. inter pupillos, iuncta glo. ibi in uerb. non
assignante. ff. de auctor. tut. dicit ibi tex. † diuisionem factam in 1
ter pupillos, cui tutor consensit, non assignante tamen ipso tutore instrumento diuisionis, ualere, & tenere, glo. exponit, non assignante, idest subscribente, & ita ille textus ibi per Bar. sumatur, qui tamen Bart. ibi se remittendo ad ea quæ dixit in. l. iii. illius

2 tituli concludit, † tacitus consensus non sufficeret, sed expræssus re
quireretur, uidelicet loquendo, sed quis magis loquitur, quàm cō
3 sulens, cum scribat consilium, † scriptura autem semper loquitur. l.
ariani, C, de hære. & mani. Quia non uidetur esse opus alia sub-
scriptione. Secundo facit, quia duplicem habemus reperiri subscri-
ptionem, unam specialem, & aliam generalem, ex. est in. l. 1. § inter
filium, & ibi glo. in uerb. inter filium. ff. ad leg. corne. de fals.
4 ibiq; uult glo. q generalis minus operetur; † quia ex ea certus non
est ita consensus. l. in tradendis. ff. communia prædio. Sed aduer-
ti debet, q ibi ideo, ex generali subscriptione non tantum sequitur
quantum ex speciali, quia quod scriptum fuerat, ab extraneo, qui
sibi in testamento ascripserat legatum, fuit facta scriptura, non au-
5 tem ab eo, qui subscripsit. Arguendo igitur à contrario sensu, † q
argumentum maximè ad limites uerborum sumptus, est in iure ua-
dum. l. 1. ff. de offic. eius cui est man. iur. sequitur, q si facta fuis
set scriptura à subscribente, seu subsignante, ut sequeretur id, quod
terminatur ibi, non opus fuisset aliqua subsignatione, nec generali,
nec speciali, cum satis fuisset, q ex alio colligebatur consensus, ut in
præsenti quæstione dici potest, quia cum per consulentē fuerit scri-
ptum consilium, ex alio non expedit quærere consensum. Tertio
moueor ex his, quæ dicit Specula. in titu. de cita. § iam, de citatio-
ne, nu. xiiii. ubi uult Specula. ex iuribus, quæ allegat, quæ non
repeto, q charta fidem faciat; quamuis is, cuius sigillum apponitur
se non subscribat; sic enim se habent ibi uerba formalia Speculato.
Quarto dico, q supra conclusum est, probari ex eo, q si quærimus,
6 quid sit subscriptio, aliud non esse apparebit, † nisi testimonium
subscribentis, l. fin. C. si cert. peta. ibi, quam si testimonium tri-
um testium probatę opinionis, per eorum subscriptiones idem chi-
rographum capiat, & ad hoc illum textū Bal. in secundo nota. notat
quod tamen intelligi debet non esse recipiendum, tanquam iudicia-
7 le testimonium, in quo iuratur, & coram iudice fit receptio † qui so
lus habet ius, & iurisdictionem examinandi. l. hac consultissima
§. penul, c, de testa. Sed tanquam, quid extraiudiciale factum, ha-
bens uim dispositionis ex Bald. in A. fin. in. §. oppo. de edi. l. di-
8 ui. Adria. Hinc est, q subscribens instrumentum, † potest illud im
pugnare, dicendo sibi dictum fuisse, q continebat unum, quod e-
rat falsum, & ab eo, tempore subscriptionis instrumentum non fuis
se lectum ex Bart. in. l. 1. § fin. in fin. ff. quemad. testa. appe. quod
9 non sic permittitur testi, qui iudicialiter deposuit, † qui imo si con-
tradicat, punitur de falso, ut per Tynda. in tra. de testi. in tertia
par. princ. c. 1. Aduerti tamen debet, q si non probetur, ut supra,
subscriptio præiudicat illi, qui se subscripsit, intantum, ut non cu-
retur quis fuerit scriptor scripturæ subscriptæ ex Bart. in. l. emptor,
§. lutius, in secundo nota. ff. de pactis. Si igitur subscriptio stat in

uim

nim testimonii, non est dicendum, ꝙ ea sit opus in consilio consu-
lentis, manu eius scripto, quia, uel uerum est, ꝙ manus consulen-
tis in scribendo est nota, uel contra, si nota, sic testimonium eijcie-
tur ex eo, ꝙ scripsit, sicut ex illo quod subscripsit, aut manus est igno
ta, & eo casu, non minor incertitudo resultat respectu subscriptionis,
quàm scripturæ antecedentis. His tamen non obstantibus, respon-
dendum est contrarium, uidelicet, subscriptionem consulentis in
consilio interuenire debere per textum in . l. fideiussor. § pater. ff. de
pig. ubi lex dicit, † ꝙ per subscriptionem patet subscribentem ma- 10
nifestum consensum obligationi dedisse, sed quando quæritur con-
silium sapientis, nil aliud quæritur, nisi quid ipse credat in re de qua
uertitur quæstio, in eo autem, quod quis uult credere, transit cum
consensu credendi ex his, quæ dicit Bart. in . l. admonendi, num.
xxiii. ff. de iureiu. ideo ut habeatur talis consensus credendi, quod
quæritur, medio subscriptionis est præstandus, maximè cum consu
lens interueniat in ipso consilio, ut persona principalis, quantum sit
respectu consilii, & non, ut persona accessoria, quo casu subscriptio
confirmat, & approbat scripturá, † ꝙ non faceret in eo, qui subscri 11
bendo interueniret in re, ut persona accessoria per ea, quæ dicit
Bart. in . l. gaius. ff. de pign. actio. & ut de persona accessoria est
tex. in . l. titia. § lutia, ff. de leg. ii. & deciditur per Neg. in tract.
de pigno. in primo memb. tertiæ part. num. 6. Secundo pro ista
parte, habemus decisionem in terminis Paul. de cast. in . l. cum an
tiquitas, in fin. C. de testa. ubi dicit, † ꝙ ex consuetudine introduc- 12
tum est, ut consilium doctoris, non dicatur autenticum, nisi de eius
manu fuerit subscriptum. ¶ Non obstant opposita, quia aduerten-
dum est, ꝙ aut præsupponitur consilium fuisse scriptum manu con-
sulentis, aut manu tertii, primo casu, si de iure uolumus quærere,
an subscriptio interuenire debeat, dico de ea non esse opus, quia sa
tis ex antecedente scriptura apparet de consensu, & testimonio con
sulentis, sicut in simili habemus in casu . §. inter pupillos supra alle-
gata, licet non ex scriptura tutoris appareret consensus, tamen quia
ex alio constabat talem consensum interuenisse, propterea dicitur
ibi id sufficere absque subscriptione, & licet huic responsioni uidea-
tur obstare, quod habetur in . auten. de tabellio. ubi licet in-
strumentum sit manu Notarii scriptum, requiritur, ꝙ se subscribat,
replicatur ex mente Paul. de Cast. in d. l. cum antiquitas, i fin. illud
esse, † quoniam sic à lege statutum est, sed in casu nostro per legem 13
dispositum non inuenimus, ꝙ quando consulens manu sua scripsit
consilium, illud eadem manu debeat subscribere, & sic procedunt
cætera, quæ supra opponuntur, in quibus locis ideo non est necessa
ria subscriptio, quoniam alia, quæ præuenerunt subscriptionem, fue
rant talia, ut ex his cognosceretur de consensu, & uoluntate consu-
lentis, si autem hoc primo casu quærimus, an iure consuetudinis,

talis subscriptio fieri debeat dicendum est q sic, auctoritate Paul. de Castr. in. d. l. eum antiquitas, ubi uult, q licet consilium doctoris, sit eius manu scriptum, non tamen autenticum reputari, nisi ab eo esset subscriptum, quod tamen dictum simpliciter non credo uerum, sed tantum procedere, quando non negaretur talis consuetudo, uel
14 si negaretur, q probatione, ipsa consuetudo demonstraretur, † quia cum consuetudo sit facti, licet de ea etiam atteltetur doctor probatissimè doctrinæ. Non est sibi credendum, nisi probetur atteltata consuetudo, ut per Bald. in. l. consentaneum. C. quo. & quando iud. in. 5. oppo. Et plenè per Bertran. in cons. 346. secunda col. uol. ii. Vbi hoc etiam sentit procedere, quando allegata consuetudo, esset contra ius commune, per quod dictum Bertran. declaratur, quod dicit Soci. in fallen. fallentia. ccclxxxiiii. nu. iiii. ubi
15 ponit regulam, † quod subscriptio testium super factis scripturaque, seu actis in iudicio non requiritur secundum communem opinionē, & ibi nu. iiii. dicit non procedere, quando consuetudo esset in contrarium, declaratur dico eius dictum per ea, quæ dicit Bertran. ut non qualibet consuetudo attestata, etiam per glosam, sit sufficiens, sed consuetudo, quæ ultra attestationem, probaretur. Secūdo casu, quando consilium est scriptum manu tertii. Non est dubitandum, q requiritur subscriptio manu consulentis, ut illo modo appareat de consensu suo, in eo quod est scriptum, & hoc probat textus in d. l.
16 fideiussor §. pater. ff. de pigno. † Quoniam subscriptio regulariter probat consensum subscribentis, d. §. pater. l. si ita stipulatus §. grisogonus. ff. de uerbo. obliga. l. sciuit §. non uidetur. ff. quibus mo.
17 pi. uel hipo. solui, † & ita subscriptio probat consensum subscribentis, ut non referat, an præcedens scriptura sit manu subscribentis, uel alterius scripta, ut per Bart. in. l. emptor §. lucius. ff. de pact. Fallit tamen hoc, uidelicet, quod subscriptio non probet consen-
18 sum, † quando qui subscripsit, non legit, nec uidit, id quod subscripserat. l. fi. C. plus ual. quod ag. Soci. in fall. 385. nu. ii. Paul. de Cast. in d. §. grisogonus. in princ. Et aduertendum est, quod hæc fallentia non ita simpliciter procedit, ut quis possit dicere, ego non legi scripturam, quare licet me subscripserim, non dicor consensisse sed intelligitur, quando qui subscripsit, & non legit, credebat, ex intentione sua prius aperta, q scriptura aliter posita esset, quàm posita fuerat, ita probat tex. in d. l. fin. ibi uelut locationis, quā fieri mandaueras, & glo. ibi in uerb. scribi alias si quis, non aperto prius, qualis esset intentio sua, subscriberet, non lecta scriptura sub
19 scripta, malè faceret, † quoniam ex subscriptione sequitur approbatio rei scriptæ, tempore quo subscribitur. l. tribunus. ff. de mili. testamento, & hoc est, quod uult dicere Bal. in d. l. fin. dum dicit facit hæc lex contra, se scribentes consiliis aliorum, sine eorum lectione, & allegat d. l. tribunus, ultra quam, idem probat. l. i. §. sed

& si serui. ff. quod iussu, & l. cõficiuntur § si miles. ff. de iure codi-
ci. Secundo fallit, uidelicet, q subscriptio probet consensum, fallit
dico, ut non probet, in casu sigilli episcopalis, posito pro testimonia-
li in contractibus personarum. Nam sciendum e, † q sigillum habet 20
uim subscriptionis, per ea, quæ dicit Specula. in titu. de cita § iam
de citatione, nu. xiiii. modo dico, quod licet episcopus tradendo
sigillum suum alicui fideli personæ, possit dicta persona sigillare, seu
subscribere scripturas de his, quæ pertinent ad episcopatum, ueluti
commissiones causarum, citationes, confirmationes, & huiusmodi,
non tamen poterit subscribere contractus cum sigillo contrahenti-
um, in quibus ex ordine, uel iuris dispositione requireretur consen
sus episcopi, nisi ipse episcopus uiderit, & legerit contractum, ita
notabiliter decidit Innocen. in c. ii. de fide instrum. Hanc tamen
secundam fallentiam sublimita, † ut non procedat, quando extaret 21
consuetudo, quod contractus, ex sigillo concesso prædictæ personæ
subscriberentur, ita dicit Innocen. in d. c. in fin. addendo tamen,
q in litera debet exprimi, an sigillus appositus fuerit nomine epi-
scopi, uel officialis. Tertio fallit, † quando quis subscriberet cedu 22
lam uacuam, seu sigillum apponeret, nam is cuius est sigillum, dat
auctoritatē sigillo, sigillum dat fidem scripturæ, scriptura contra- *folium album*
ctui, si ergo cedula est uacua, non inuenit cui dare fidem, maximē
cum auctoritas non interponatur de futuris, nec quis præstat aucto-
ritatem his quæ ignorat, ex istis enim rationibus elicitur hæc tertia
fallentia ex Innocen. in d. c. ii. nu. iiii. Et hoc, absque eo, q alle-
get Innocen. allegando tamen alios, post Innocen. satis magnifacit
Ioan. Bertach. in tra. suo de episcopo, in prima parte, nu. xix. di-
cendo hoc esse notandum pro his, qui se subscribunt in folio puro
albo, quia licet postea scribatur superius, non obligatur, qui se sub
scripsit, & ita dicit se consuluisse pluries, & maximē tunc temporis
&c. quod dicit facere pro populis obsessis, quibus tyrannus obsi-
dens transmisit chartam albam, & ipsi se subscripserunt, & deinde is
scripsit pacta, & capitula, quæ sibi placuerunt. Quarto fallit, quan-
do quis se subscriberet se, ut testis, non ut principalis, † tunc ratio- 23
ne subscriptionis, non sequeretur illius obligatio per tex. in. l. ti-
tia § lutiā. ff. de leg. secundo, unde dicit Bald. in. l. mutue. C. si
cert. petat. † Quod qui se alterius obligationi subscribit, in dubio 24
non uidetur se subscribere animo nouandi, quando subscriptio fit
ad probationem, secus si ad esse contractus. Quinto fallit, si cedula
contineret aliquid, quod concerneret fauorem subscribentis, & ali-
quid, quod concerneret odium, † nam non censetur approbare il- 25
lud, quod concernit odium, nisi de illo faciat specialem mentionem
ita Paul. de castr. in d. l. si ita stipulatus § grisogonus, ff. de uerb.
oblig. in princi. Soci. in fallen. 385. nu. 3. Verum est quod Paul.
dicit in loco supra allegato Ang. tenere contrarium, reprobando

Bar, cuius fuit originale dictum in. l. diuus §. item senatus, nu. iiii.
ff. de fals. magis tamen communis est opinio Bar. ¶ Vnde maximè
est aduertendum per eos, qui habent cedulas scriptas, partim ad be
neficium suum, & partim ad beneficium alterius, & quærunt ipsum
alterum se subscribere cedulæ, nam si patiantur eum se subscribere
simpliciter, dicendo, me subscribo, sua subscriptio tantum approba-
bit ea, quæ sunt ad eius beneficium, non quæ ad damnum, & ad u-
tilitatem eius, qui desiderauit subscriptionem, ideo ut cautius sibi
consulant, debēt quærere, quod subscribat se, dicendo, quo ad præ
cedentem contractum, factum inter talem, & talem, & me, seu quo
ad præcedentem conuentionem factam, &c. Ego talis me, subscri-
26 bo † persona enim debet nominari, cum qua factus est contractus, seu
conuentio per subscribentem, quoniam tunc reputabitur specialis
subscriptio, ut per Bart. in. l. i. § inter filium, uers. sufficit. ff. eod.
titu. de fals. alias tantum sequeretur approbatio earum, quæ conti-
nerentur in cedula ad fauorem subscribentis, ut per Bar. in d. § item
senatus. Sexto fallit in subscriptionem testium mortuorum, nam si
aliqua sit scriptura priuata, & habeat subscriptionem trium testium
27 fide dignorum, † habet eandem uim, maximè in hipotecis, quam ha-
beat scriptura publica l. scripturas, C. qui potio. in pig. hab. hu-
iusmodi enim subscriptio, tale robur sibi præbet, fallit tamen hoc,
quando testes subscr pti essent mortui glo. est in c. inter dilectos,
in uerb. publica manu, de fide instru. & notatur per Doct. in c. ii.
illius tituli. Septimo fallit in subscriptione simplici, posita per nota
rium in fine libri instrumentorum; nam si ipse in subscriptione illa,
28 se non referat ad omnia instrumenta, † tunc talis subscriptio, præce-
dentibus instrumentis non deseruit, sed tantum ultimo instrumen-
to ex Bart. in. l. si quis. § si initium, nu. xxxi. ff. de eden. Octauo
29 fallit in subscriptione factā per testes in testamento in scriptis, † nam
sola subscriptio non sufficit, sed sigillus quoque interuenire de-
bet, alias subscriptio non est alicuius effectus, textus est in. l. ad te
stium § si quis ex testibus. ff. de testa. Nono fallit in scriptura pu-
30 blica, † in qua non sufficit tantum extare subscriptionem, sed neces
se est, ultra subscriptionem, apponi signum notarii, ut per Bart. in
prohem. ff. nu. 5. & ideo requiritur signum, ut facilius ex instru-
mentis fiat comparatio per glo. in §. item lex cornelia; insti. de pu
bl. iudi in uers. signū. Notandū tamen est, quod Bar. in loco supra
allegato, non firmat absolutè; quod signum requiratur, imo dicit
quod cum non sit hoc cautum pro uno ex substantialibus in. l. generali,
31 C. de tabella. lib. x. † Ideo standum esse consuetudini, Imol. in c.
i. de fide instrum. in secunda col. dicit, quod communiter de iure te-
netur, quod signum non sit apponendū in instrumento, tamen se resol
uit in eo, quod dicit Bart. in prohem. ff. ut, ut fiat, quod est consuetum,
32 & sic puto attendendum. Decimo fallit in epistola mittentis, † ubi
ubi

Sigillus Menoch. de arbitrar. iud. cas. 113. pag. 298.

nec sola subscriptio sufficit ad approbandum epistolam, nec solum signum, sed utrunque requiritur, sicut sentit Bart. in d. prohem. ff. nu. 7. & hoc tenet Bald. ibi, quando est de re licita talis epistola, secus si de illicita, quæ tamen, & si non faciat fidem, saltem inducit suspitionem per tex. in. l. 1. C. de famo. libe. & per. l. vi. ff. ad leg. iuliam maie. † Sed quod imo sigillus solus probet, absque subscriptionem uidetur tenere Bart. in. l. si procuratorem, num. ii. ff. de procur. & Bald. in. l. in bonæ fidei, nu. 5. C. de iureiuran. unde ad saluandum hanc contradictionem, potest dici audoritate. Bal. in prohe. ff. col. 5. uers. x. Quæro, quid si in sigillo adest nomen scribentis, tunc hoc sufficere absque alia subscriptione, † si uero sigillus nomen non continet, tunc utrunque requiri, & hoc modo hanc contradictionem sic concordandam dicitur in add. ad Bart. in d. l. testium § si quis ex testibus in litera F licet non allegetur Bald. ibi in d. prohem. ff. x, q. ex inuito uerbis ad literam sequitur prædicta concordia, quæ etiam probatur ex his quæ dicit Bar. in. l. cum tabernam § idem quæsit, in princ. uers. item sufficit. ff. de pign. ibi sufficit, q probetur sua manu scripta, & per Berta. in trac. de episco. in prima part. nu. 25. Vndecimo fallit in subscriptione tesaurarii fisci, solutioni facte per debitorem fisci, nam talis subscriptio non approbat ita dictam solutionem, ut qui soluit, sit liberatus, licet tamen ratione suæ subscriptionis, per fiscum sit primo conueniẽdus tesaurarius, quam is, qui soluit per Bart. in. l. fisco, de conuen. fisci, debito. lib. x. quo loco Bart. † Admonet eum, qui soluit, ut faciat sibi fieri subscriptionem per Notarium ad hoc deputatum, limitatur tamen hæc fallentia, ut nam procedat, quando licet Notarius deputatus non subscripsit, tamen per ipsum Notarium, q factum fuerat, sine eius subscriptione, † registratum fuit, tunc enim debitor est securus ex Luc. de Pen. in d. l. fisco, in princ. per. l. ii. de discuss. C. eod. lib. Duodecimo fallit in libro massarii communis, † nam similiter eius subscriptio non sufficit ad approbandum, nisi fiat per manum Notarii ita Alex. dicit in d. l. fisco, in addi. ad Bart. Decimotertio fallit in sigillo communis, † quod non autenticat scripturas priuatas, nisi ad id sit deputatum Bald. in rub. C. de fide instrum. nu. xl. Nec admiretur aliquis cum ponam fallentiam in terminis subscriptionis, & dicam fallit in sigillo, quoniam subscriptio, & sigillum. † sunt eiusdem importantiæ, in aliquid confirmãdo, & per Berta. in tra. de episcopo, nu. xxi. in prima parte, & ẽ tex. in. l. tribunus. ff. de mili. testamento. Intelligas tamen istud esse uerum, quando sigillum continet nomen scribentis iuxta ea, quæ dixi in. x. fallentia, sed si quæreret aliquis, cuius effectus esset sigillum, quando produceretur sine scriptura præcedente, † respondeo secundum Berta. in d. loco, nu. xxii. quod si producitur à persona domestica eius, cuius est sigillum probat semipleuẽ tantum, dicit

33 34 35 36 37 38 39 40

Subscriptio notarii quando sit necessaria

tamen ibi in pratica uidisse seruari contrarium, quia multi scribæ in curia Romana, magnorum Principum expediunt negocia cum eorum solo sigillo, sed aduertatur, non mirum esse de tali pratica, contra quam sentit Bertach. decisiones doctorum esse contrarias, seu saltem non habere huiusmodi pratica aliquid in hoc pro se decisum cũ nihil alleget, quia simili pratica, est decisio in terminis Innocen. in c. ii. de fide instrum. nu. iiii. intelligendo tamen ut Innoc. ibi in-
41 telligit, † uidelicet, quando talis persona domestica utitur sigillo, respectu earum, quæ pertinent ad eius principem, seu episcopum,
42 iuxta exemplum ibi datum per ipsum. Decimoquarto fallit, † uidelicet, ꝙ sigillum non confirmat, quando ille, qui illud apposuit, nõ dixit se sigillum apposuisse tex. est in l. penul. ff. de testam. quem tex. ad hanc decisionem allegat Innocen. Simul cum aliis iuribus
43 in d. c. ii. nu. ii. Vbi declarat hoc procedere, † quando charta, in qua est appositum sigillum, non est scripta manu sigillantis, sed si in ea ipse sigillans loquatur, ut puta dicendo nos talis &c. non est necesse, apponendo sigillum, dicere se sigillum apposuisse, ita colligitur ex dictis Innocen. ibi, & ex iuribus per eum allegatis; quod est aduertendum pro pratica, quæ inoleuit, in qua dicitur: & nostri
44 sigilli fecimus impressione muniri. Decimoquinto fallit, † quando sigillatio est facta sigillo alieno, per eum qui proprium sigillum habebat, ex his, quæ dicit Specula. in titu. de instrum. edi. § sin uersi.
45 ité, ꝙ sigillũ nõ ẽ eius &c. † Poterit tamẽ sigillatio fieri sigillo alieno, etiam, quod quis proprium sigillum habeat, quando qui eam facit hoc exprimit, uidelicet, quod sit facta cum sigillo alieno, & hoc dicat in charta ubi apposuit sigillum ex decisis per eundem Specul. in titu. de proba. § uidendum, num. 16. uers. & nota. Decimosexto
46 fallit in subscriptione, seu sigillatione actorum fisci, † quia non sit facta manu commentariensis, scilicet eius, cui sunt acta commissa, nõ ualet. l. in fraudem § quotiens. ff. de iure fisci. Decimoseptimo fal-
47 lit, † quando sigillatio non fuisset facta sigillo, ad id, in quo appositum fuerat, deputato. c. significauit nobis, de appella. Decimoocta-
48 uo fallit, † in subscriptione, facta per tabellionem, non positis prius nominibus testium præsentium instrumento, priusquam se subscriberet § sed si instrumenta iuncta glo. in uerb. adueiatur, de instrum. cau. & fide. Decimonono fallit, quando subscriptio Notarii uideretur ex manu alterius esse, quàm eius, qui subscripsit instrumentum c. inter dilectos, uers. instrumentum. de fide instru. Aduertendum tamen est quod si Notarius subscribens dicat in subscriptione, scribendum dictauimus, & manu propria subscripsimus, eo
49 casu subscriptio confirmat præcedentem scripturam, † quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed ut gestis det fidem, propter quam rationem sic concludunt Card. in c. penul. de fide instrum. Abb. & Inno. in c. quoniam, contra Bart. in l. argenta-

rius. ff. de eden. Feli. in d. c. inter dilectos, col. fi. Vbi dicit hoc
non habere locum in prothocollo, † quia illud semper debet esse de 50
manu Notarii rogati, ut per Ang. quem allegat in auten. de tabel-
lio. in princ. Vigesimo † fallit, quando sigillum esset corruptum, 51
uel subscriptio esset abrasa, uel cera esset mollis, in charta uetusta, uel
litera subscriptionis recens, quæ tamẽ debuisset esse temporis scriptu
ræ præcedentis, & scriptura præcedens haberet colorem longeuæ in
tinctum, hæc enim omnia, & quodlibet eorum de per se maxime
detrahit fidei instrumenti, & priuilegii &c. Sicut probatur per d. c.
inter dilectos, de fide instrum. In quibus, ut per Dominum Abb.
ibi, maximè uersari debet arbitrium iudicis, tanquam suspitionem
hæc inducunt, ꝙ nisi ille, qui ipsum producit, probet de eius ueri-
tate, pronuntiatur contra ipsum, quoniam ex his producens one-
ratur probatione, ut per Innocen. in d. c. inter dilectos, num. iii.
† Imo ꝙ est fortius talis posset condemnari in criminalibus, quan- 52
do non iustificet ueritatem rei producte, ut per Feli. in d. c. nu. 5.
quo loco unum satis notabile dicit, † ꝙ quamuis corruptio sigilli sit 53
magna præsumptio falsitatis in priuilegiis, & aliis, tamen secus est
in instrumento publico manu Notarii confecto, quia illa sigillatio,
† non est, in eo necessaria, & hoc dicit ex mente Innocen. Abb. & 54
aliorum, ꝙ est notandum, quia ubicunque sigillum sit appositum,
uel subscriptio sit facta, ibi non esset necesse apponi, uel fieri tunc si
hæc stabunt in uim confirmationis rei antecedentis, ob defectus cõ
tinentes in se, effectum confirmatorium non facient, sed tamen in
cæteris, cum non essent de substantialibus, non nocebunt. ¶ His e-
nim casibus, sicut supra in principium dixi, ꝙ subscriptio approbat
scripturam ex legibus supra allegatis, & pariter sigillum. l. tribu-
nus. ff. de milit. testamento approbatio cessat, quam tamen ap-
probationem in multis casibus habere locum uidemus, † sicut in cõ 55
tractu in scriptis à partibus subscripto. l. contractus. C. de fide in-
strum. Item in mandatis principum, † quæ asserentem non sunt cre- 56
denda, nisi scripturæ principis testimonium exhibeant. l. unica. C.
de manda. princi. Item in clericis proficiscentibus ad alias urbes,
cum pro talibus non habeantur, † nisi fidem literarum eius episco- 57
pi secum habeant. l. si qua in fin. C. de episcop. & cler. Item in trã-
scriptis creditorum, sigillo episcopi signatis. c. peruenit, de fide-
iuss. cuius effectus esset etiam sigillum ecclesiæ. In nomine patris,
in fin. lxxiii. distin. † Item in uidua, quæ monasticum habitum re 58
cipere uellit, nam professionem facere debet signo sigillari notatã,
si literas nesciat, si uero literas sciat, se subscribere debet. c. uidua.
xx. q. i. † Item in fide scriptura per quinque sigilla ad approbandũ 59
hominem transmarinum, qui uellit gradus clericatus suscipere. c. nul
lus. 98. distin. & aduerte hoc casu secundum glo. ibi in uerbo, nisi
quinque, ꝙ etiam si talis homo haberet fidem subscriptam, seu signa-

tam ſigillis mille, dummodo ſigilla eſſent ignota, talis fides non eſ
ſet alicuius auctoritatis, & eſt notabilis illa glo. in eo, quod firmat
dum dicit, φ ſigilla ignota, non ſunt alicuius fidei, ſed qui uellet il-
lis fidem adhiberi, deberet inſtare, ut iudex, ſiue is à quo peteretur
aliquid, conueniret ſignatores, uel ex ſe, uel per literas remiſſorias,
60 quoniam ſi à ſignatoribus recognoſcerentur ſigilla, † fides ſigillata
haberetur pro autentica arg. l. cum ab initio. ff. quem admo. teſt.
aper. Et hoc ſentit dicta glo. in fin. Notetur tamen, quod ſi ſigilla nõ
ſunt pænitus ignota, & non agatur de præiudicio alicuius ſpeciali,
61 † tunc eis eẽ credendum, ſi ſunt quinque ſigilla epiſcoporum, ita Inn.
in c. tua nos, in princi. de cleri. pere. φ uult procedere, etiam ſi a-
geretur de aliquali præiudicio alterius, dummodo modico, ſi autẽ
62 ſigilla ſunt nota, & tractetur de præiuditio alterius, † illis non cre
ditur, ſed probationes neceſſario concludentes exhibende ſunt, ut
63 per Feli. in c. quod ſuper his, in ſecunda col. de fide inſtrum. † niſi
tamen literæ, quæ ſigillatæ eſſent, fuerint impetratæ in forma iuſti-
tiæ, & de ſignatoribus habeatur certa, & indubitata noticia ex Abb.
in d. c. quod ſuper his, nu. iiii. ¶ Et hæc intelligas, quando ſigilla ap
probant aliquid ad fauorem tertii, ſeu præiudicium, ad quod propõ
ſitum, prædicta loquuntur, ut dicit Abb. in d. c. quod ſuper his, col.
ii. Nam quãdo approbant aliquid contra ſignatorem, tetigi ſupra,
in eo loco, in quo poſui regulam, & fallentias, ſed quando appro-
bant aliquid ſigilla, ſeu ſubſcriptiones ad fauorem, ſeu præiudici-
um tertii, res ſe habet, ut in proximis caſibus particularibus dixi, tã
64 quã in caſibus exceptis. Sed ordinariè, † & regulariter, quid requira
tur, & quam fidem faciant literæ, reſpectu tertii, ſi, uel ſunt epiſ-
ſcopi, uel iudicis ordinarii, uel delegati, uel arbitri, ponit Abb. in
c. poſt ceſſionem, nu. 5. uſque per totum numerum decimum, de
probatio, & ibi dicit, quando requiratur ſigillum, & ſubſcriptio & cæ.
& alii Doc. ibi de hoc ſcribunt, & eſt glo. ibi in uerb. literas iudi-
cis ordinarii. ¶ Item ſigillum approbat ſcripturam, quæ alias per tã
le ſigillum non probbaretur, quando ſic conſuetudo præſcripta ſe ha
beret per Bald. in rub. C. de fide inſtrum. nu. 45. Vbi dat exem-
plum de conſuetudine, quæ eſt Venetiis, φ ſtetur ſcripturæ ſacerdo
65 tis; nam dicit Bald. † Si conſuetudo uellet, φ ſtaretur ſcripturæ ſigil
latæ manu epiſcopi, quo ad locum ipſum, ubi uigeret conſuetudo, ta
lis ſcriptura probaret ubique. c. cum dilectus, de fide inſtru. ¶ Item
ſubſcriptio unius teſtis iuncta cum ſubſcriptione ſeptem teſtium fir-
mat teſtamentum ceci in defectum tabellionis. l. hac conſultiſſima,
66 § ſed quia tabulariorum. c. qui teſtamenta facere po. ¶ † Item ſigil-
lum, ſeu ſubſcriptio, quanquam non reddat autenticam aliquam ſcri
pturam ad beneficium ſignatoris, ſeu ſubſcribentis. l. exemplo. C.
de proba. Approbat tamen, & autenticam facit ſcripturam conti-
nentem fauorem regis, ſiue ſit ſententia, ſiue alia ſcriptura huiuſmo

di,

cis, etiam, ꝙ talis scriptura non fuerit autenticata per Notarium, sed per regem ipsum signata, seu subscripta ex decisis per Bald. in d. l. exemplo, nu. iiii. Dicens tamen ibi hoc procedere in regno regis, & non alibi. ¶ Item sigillũ appropriatũ domini arcis, autenticat eũdem existentem in manibus nuntii, seu tale sigillum est sufficiens, ut sibi credatur per custodem arcis, ex Philip. Franc. in c. significauit de appell. qui dicit Bald. illum textum pro satis notabili ad hoc habere, & admonet ibi Philip. Franc. † Quod custos non credat sigillo generali, quia eo casu, non esset excusatione dignus, & respectu aliorum, qui non sunt arcis custodes, & aliquid alicuius habent in manibus, dicit Bertachi. in titu. de episcopo in prima par. nu. xli. † ꝙ is, qui habet dictam rem in manibus, non liberatur, illam restituendo ei, qui sibi portauit sigillum eius, cuius erat res, nisi sibi portauerit sigillum ad ipsum actum deputatum, nec etiam istud sufficere, si persona, quæ portauit sigillum esset domestica domini rei, quæ faciliter potuisset sibi sigillum subtrahere, & dominus non esset solitus mittere sigilla similia, & res non esset parui præiudicii. ¶ Hoc ultimum tamen ego non arbitror uerum, quia esset contra communẽ opinionem scribentium in d. c. significauit, ubi habent pro excusatione dignum custodem arcis, qui credidit ei, qui sibi portauit sigillum ad ipsum actum deputatum, & tamen non est dubiũ, ꝙ custodire, uel deserere arcem, seu aliud circa eam facere ratione sigilli, ad actum deputati, est res multi præiudicii, & momenti, & talis momenti, ut licet dicatur spoliatum, ante omnia esse restituendum. l. si quis ad se fundũ, C. ad leg. iul. de ui. † Etiam si esset prædo, c. in literis, de resti. spol. Tamen hoc non procedit in fortilicio, quãdo spoliator exciperet de dominio, quoniam audiendus est absque eo, ꝙ prius cogatur restituere, & ratio est, † quia si restitueret, difficilis nimium esset, sequuta probatione in proprietate, ipsius rei recuperatio, ita decidit Paul. de Cast. in l. 1. si de ui. col. fin. in uers. Quarto fallit de iudi. ex his quæ dicit Innocen. in c. ideo querenti. & c. quoniam, de filiis presby. cip. consi. lx. col. 5. uers. tertio probat. Ad ꝙ faciũt, quæ dicit Innocen. in c. literas. de resti. spol. ¶ Item subscriptio presbyterorum, & testium firmat mandatum procuræ, factum per episcopum; in his, in quibus tractatur de rebus ecclesiæ, c. 1. de procur. ¶ Item subscriptio est, de his quæ ad conficiendum inuentarium necessaria est, debet enim hæres se inuẽtario subscribere, dicendo, ꝙ nulla malignitate res apud se remanent & si scribere nesciat, loco subscriptionis apponere manu sua tenetur signum crucis, & requirere Notarium, ꝙ post illud signum, eius hæredis nomine subscriptionem faciat. l. fin. § sin autem dubius. C. de iure delibe. ¶ Item subscriptio, & sigillũ septem testium, est finis testamenti in scriptis, & sine his pro infecto haberetur. l. hac consultissima, C. de testam. dum tamẽ testes ipsi, oblato sibi testamento, licet

non uideant, quod sit ibi scriptum, audientibus dicere hoc est meum testamentum, & uidentibus illum tunc dicto instrumento se subscribere, uel si literas nesciat, addito pro subscriptore loco sui, octauo teste dicti septem testes uno eodemque die ac tempore se subscripserint, & sigillum suum apposuerint, ita ex d. l. hac consultissima. in princ. cum seq. §. in prædictis testamentis talis forma traditur seruanda, & notandum est non referre, an testes annulo, uel alio quolibet signo, testamentum signauerint, ut per Bar. in. l. ad testium §. signum, ff. de testa. tamen si signo, seu sigillo alterius signaret, illud exprimere debent, ut per Specula. in titu. de proba. §. uidendum. uers. & nota. quo loco, licet Specula. dicat, quod habens proprium sigillum, non debet cum alieno sigillare, nihilominus eius dictum, est falsum, quoniá est contra textum in d. l. ad testium §. si ab ipso, ubi lex simpliciter dicit, quod testis pro sigillando, potest uti sigillo testatoris, nec restringitur hoc, quando proprium non habet.
74 † ideo lex indistincte loquens indistincte debet intelligi. l. iii. ff. de offic. præsi. & l. de prouo. ff. de publi. in rem. & qui legitur Bar. in d. §. si ab ipso, uidebit, quod ita sentit; quia non requiritur aliud quando quis signat signo alieno, nisi quod hoc exprimat, & qui uellet scire, quibus uerbis, testis debeat se subscribere in testamento in scriptis, uideat Bar. in. l. singulos. ff. de testam. qui dicit, quod talem subscriptionem alii committere non debet, sed ipse testis manu sua
75 scribendo debet dicere, † ego talis dico, & assero me esse adhibitum in testem in præsenti testamento facto per talem, ideo propria manu me subscripsi, & meo sigillo sigillaui. Nec requiritur, quod dicat se
76 fuisse rogatum, † ex subscriptione enim præsumitur, quod fuerit rogatus, sicut dicit Bart. in. l. domitius, nu. ii. ff. eod. tit. de testa. cætere uero subscriptiones, quomodo debeát fieri, dico ex mente Bar. in. l. i. §. inter filium. ff. de fals. iuncto tex. in. l. i. ff. de liber. Taliter esse fiendas, ut non sit dubitandum, de eo, qui subscri
77 psit. ¶ † Item subscriptio officialis archiui publici in edendis copiis scripturarum dicti archiui, sufficit pro fide illius copiæ, absque eo, quod apponat testes, qui intersint captioni, ita Bal. inquit in rubr.
78 C. de fide instrum. col. ii. nu. 5. ¶ † Item subscriptio, quæ alias infrascripto casu dicitur inscriptio, obligat accusatorem ad pœná talionis, hoc est ad similitudinem supplicii, quando accusans repertus sit calumniator. c. quisquis. ii. q. 8. l. fin. C. de accusa. Dicit ta-
79 men Bart. in. l. si cui. ff. de accusa. † Quod huiusmodi subscriptione, de consuetudine non utimur, licet forte contrarium seruetur in curia Romana Bald. in. l. fin. C. de accu. dicit, quod subscriptio, non est de essentialibus, sed est de ordine processus, quare illa omissa, processus non uitiatur, ego auté credo quod pro resolutione huius punctus, recurrendum sit ad Bald. in. l. iii. C. qui accus. Non possunt in prima oppo. Vbi concludunt, quod cum quatuor modis

procedatur in criminalibus, uidelicet per accusationem, inquisitionem, denunciationem, & exceptionem, primo casu erit necessaria subscriptio, cæteris uero tribus casibus, ro[illegible] de quibus ibi p eum minime. ¶ Item subscriptio in sententia, per Notarium est, maximi effectus, quando causa, in qua sit lata sententia fuerit delegata, † habemus enim, quod sententia non est exequenda, nisi fiat fides de iurisdictione, c. cum iure peritus, de offi. & potesta. iudi. dele. 80
unde glo. additionis, uerb. iniungo, in d. c. cum in iure peritus, dicit cauendum esse, per eum, qui impetrat causam remitti per principem alicui, si sententia fuerit pro eo lata, ut ita bene custodiat literam commissionis, sicut sententiam, sed medio subscriptionis Notarii in hoc nobis uia satis tuta exhibetur, quam inter alios docet Specula. in titu. de sententia. § ut autem. uers. Notarius autem, dicit ibi Specu. quod Notarius sententiæ, hoc infrascripto modo se subscribat, † & ego tali auctoritate Notarius prolationi, huiusmodi sententiæ interfui, & de mandato dicti iudicis prædictas commissionis literas uidi, cum uera bula in filo pendente, non cancellatas, non uiciatas, nec abolitas in aliqua sui parte, & ipsum tenorem, de uerbo ad uerbum, in hac sententia apposui, nil addens, uel minuens, per quod rei ueritas immutetur, & diligenter, etiam auscultaui, qui iudex ad ipsius sententiæ confirmationem, & robur his suam auctoritatem interposuit, & decretum. Hæc enim est forma subscriptionis tradita per Speculato. in loco, de quo supra, quam dicit operari, † quod licet postmodum rescriptum apostolicum perdatur nihilominus stabitur tali sententiæ, per textum in d. c. publicati. C. de testi. & c. ii. de fide instrumen. ¶ Item subscriptio per manum actoris, est de his, quæ pertinent ad firmandum libellum in iudicio contra aliquem porrectum. § sanimus, ibi in uers. subscribere libello, in auten. de exhiben. & introdu. re. † alias non ualet si sic non fuerit subscriptus ex Specula. in titu. de libel. conce. § iuxta propositionis, nu. secundo. ¶ Item subscriptio confirmat electionem de aliquo factam. c. cum inter canonicos. § discretioni uestræ, de elect. & ele. potesta. licet etiam sine subscriptione teneat, quod factum est, quia electores non possunt mutare propositum, sed illum tenentur eligere, quem eligerunt, ex quo sic processum est, ut est glo. in d. c. in uerb. & subscriptam, unde Speculat. in titu. de elec. nume. 26. In hoc proposito dicit, utile est, quod canonici se subscribant, non autem dicit necesse est. ¶ Item subscriptio secundum auctoritatem subscribentium, rebus subscriptio auctoritatem præbet ex Speculat. in titul. de probatio. § uidendum, numer. 15. ubi de his personis mentionem facit, & de his rebus, in quibus habent hanc auctoritatem, necnon dicit ibi nu. 18. † quod subscriptio, & sigillum quandoque apponuntur in signum consensus, quandoque in signum testimonii, quandoque in signum auctoritatis, & quan-

81
s
82
83
84
85
86
87

doque in signum confirmationis, & per hæc remaneat expedita hæc secunda quæstio in qua non forte alibi, sicut hæc ad plenum habetur materia subscriptionis, & sigilli tradita per regulam cum limitationibus, & casus regulam confirmantes.

RITII MERLI APOLOGIA Homalotetica de consilio sapientis, cum parte innexa de suspitione, & recusatione iudicis, una cum XII. cautelis materiam huius partis respicientibus.

TERTIO quæro, an iudex teneatur remittere causam ad consilium sapientis; si per statutum non cogatur, q teneatur uidetur de hoc tex. in. l. ad imperatorem, iuncta glo. in uerb. au-
1 dire. ff. de appella. † nam ibi causa remissa per præsidem ad imperatorem, quia sic partes consenserunt, non potest audire secundum glo. ibi amplius per præsidem, nisi is, cui remissa fuit contentus fuerit, ex quo loco patet, quod iudice inuito, causa remanet, ubi de partium uoluntate, fuit remissa. Secundo facit tex. in. l. in bono-
2 rum, in uers. scientiam. ff. de bono. possess. ubi lex dicit, † quod scientia aliquid faciendi est ea, quæ quis habet per se, uel consulendo peritiores assequi potest, & ideo si iudex ex se nesciret causam terminare, conueniens esset, ut eum partes cogere possent ad id faciendum medio consilii peritioris argumento dictæ legis, in bonorum. ¶ Prædictis tamen non obstantibus, contrarium pro ueriori sententia accipiatur, per ea quæ dicit Bald. in. l. ex illo tempore. C. de
3 appel. ubi determinat, † quod si iudex causam commisit alicui consulendam, & uoluerit reuocare commissionem, ac sententiam ferre consilio non expectato, poterit illud facere, etiam quod partes contradicant, dummodo ad ferendam sententiam ex consilio sapientis iudex non arctetur per statutũ; & hæc decisio Bald. confirmatur ex his, quæ dicit Bar. in. l. ad principem, uers. sed quæro utrum ff. de appella. ibi dum dicit, quod in reuocatione commissionis, non requiritur consensus partium; & aduersatur, quod ego intelligo dictum Bart. secundum lecturam Gulielmi. quam ipse ultimo
4 loco refert, nec improbat, † propter quod, eam sequi uidetur. l. qui filium §. sabinus iuncta glo. in uerb. & alia. ff. de sen. consul. trebe. & quanquam Imol. in c. licet. de officio lega. sentiat, quod Bart. in d. l. ad principem, loquatur in relatione facta per iudicem principi, & non in commissione causæ, hoc tamen non est credendum a recte intuente uerba Bart. ibi dum dicit iudex, qui quæstionem cõ-
5 sulendã remisit, &c. benè uerum est, † q si iudex ipse esset dubius in causa posset, etiam inuitis partibus, illam consulendam committere sapienti per Bald. in. l. uerba nu. 5. C. de adulte. per Bart. in

l. si postulauerit, nu. ii. ff. eod. titu. de adulter. & de hoc uidetur tex. in auten. Si uero contigerit, iuncta glo. in uerb. cognitionaliter, C. de iudi. ubi quando partes in dubitationem habent iudicem, is iudex, una cum episcopo loci, causam, uno ex tribus modis ibi expressis, terminare tenentur, & inter alios modos. unus est, quod causam cognitionaliter terminent, cognitionaliter inquit glo. idest cum consilio sapientis, ad quod faciunt quæ habentur in auten. Ad hæc. C. de iudi. secundum intelligentia Vltramontanorum, quam ibi refert, & approbat Bart. & sequitur Panor. in c. super quæstionum, de offi. & potesta. iudi. deleg. num. 16. Dicit ibi Bart. quod dicta autentica debet intelligi, † ut iudex, qui habet suos assessores, possit per eos omnia acta expedire, dummodo ipse intersit, hos autem quos Bar. & Vltramontani reputant assessores esse, glo. & tex. ibi, dant sibi nomen consiliariorum &c. quare hæc sit conclusio una de per se, uidelicet, quod iudex dubius in causa, potest etiam si partibus non placeret, se consulere cum sapiente quomodo sententiam ferre debeat, ut probatur ex supra proximè allegatis, secunda sit conclusio, quod quando iudex non arctaretur a statuto, & nollet de sententia per cũ ferenda, requirere consiliũ sapientis, non posset a partibus cogi, & hæc conclusio probatur ex his. quæ supra in principio, dum negatiuam partem tenendam dixi, allegaui, & sic deciditur per Bald. in cons. ccclxx. incipiente. Ad euidentiam, in primo lib. in princi. Nec cuiquam durum uideatur. partes non posse cogere iudicem ad se informandum de eo, q forte eius imperitia terminare in uia iustitiæ nesciat, † & si quæ per homines iudicanda sunt, ea eos oporteat sui, & legis scientia arbitrari. l. certi iuris. C. de iudi. Quia respondeo huic rei, legis dispositione optime consultum fuisse. Nam aut ille iudex, qui pro suspecto habetur, uel ex causa suæ imperitiæ, uel alio respectu, † ut pluribus causis homines possunt, & solent timere. l. quia poterat. ff. ad sen. treb. est iudex ordinarius, uel delegatus, si ordinarius, habemus glo. in. l. apertissimi, in uerb. iudices. C. de iudi. quæ relatis duabus opinionibus contrariis Martini & Bulgarini, concludit Martini opinionem canonizatam esse, quæ opinio Martini, fuit, q recusari posset ordinarius, Ias. ibi nu. iiii. dicit quod uera, & communis conclusio est, † quod ordinarius non potest recusari, ut remoueatur tanquam suspectus, sed si est suspectus, potest peti, quod detur sibi adiunctus per auten. si uero contingerit. eod titu. † duo tamen casus ibi excipiuntur per eum, quibus ordinarius recusari potest, uidelicet, quando fuit prius aduocatus in causa, uel causa, quæ tractatur, contineret interesse suum, uel suæ familiæ. De iure uero canonico in iudice ordinario res, aliter se habet, eo iure, inter alia per c. cum speciali, de appella. ad hoc prouidetur, ibi per §. statuimus, quod qui loquitur in ordinario, ut tenet glo. ibi in uerb. de

6 7 8 9 10

11 recusatoris assensu, uultq́, † quod si aliqua partium habet suspec-
12 tum iudicem hoc coram eo alleget, †assignando causam suspitionis
iustam, iustam intelligo idest talé, quod quando probabitur, iusta
appareat ex glo. in c. suspitionis, in uerb. suspitionis causa de offi.
& potesta. iudi. deleg. & prædicta causa allegata, per partes, eli-
gendi sunt arbitri coram allegato pro suspecto, & si pars deest, ita
quod ex uno latere adsit tantum pars, ut declarat hoc glo. in d. c.
cum speciali. in uerb. cum iudice, tunc eligunt arbitri simul cum iu-
dice, qui uidelicet interuenit ad hanc electionem arbitrorum, & hi
arbitri communiter eliguntur, in qua re si sunt discordes, quilibet
eorum unum elegit, talibus autem arbitris ita electis, nil ab his quæ
ritur nisi ut cognoscant de causa suspitionis an iusta, uel iniusta sit, &
si in hoc non sunt concordes assumunt dicti arbitri, tertium, cuius
tertii iudicium, cum quo dictorum arbitrorum conuenit firmitatis
robur obtinent, & si arbitri ipsi nollent se concordare, nec tertium
eligere, ad hoc per recusatum iudicem sunt compellendi, assignan-
do illis iudex recusatus terminum infra quem concordare habeant,
alias ipse procedet, hæc omnia probantur in d. c. cum speciali, us-
que ibi districto præcepto teneri eum glo. Nam iudex recusatus, &
13 si postquam causa peruenit ad arbitros, † suspensa sic deberet esse sua
iurisdictio. C. pastoralis § præterea, eod. titu. ubi commissa causa
appellationis iudicis appellati iurisdictio cessat, ut amplius se intro-
mittere non posset, tamen hoc speciale est, sic á lege concessum in
14 pœnam arbitrorum, qui nolunt concordare, † ne eorum culpa con-
tingat negocium prorogari, ita dicit glo. in d. c. suspitionis in uerb.
sunt cogendi. Dum uero arbitri concordes fuerunt ex se, uel altero
eorum cum tertio, ut supra electo, quæ concordia inspicitur in ter-
15 minatione cognitionis, † an causa suspitionis allegata fuerit iusta, uel
iniusta. c. licet ex suspecto § si uero consules iusticiæ, de foro com-
peten. Si terminauerunt arbitri causam suspitionis non esse iustam,
16 †tunc iudex recusatus sua iurisdictione utitur, & potest procedere
in causa, ac si recusatus non fuisset. d. c. cum speciali, uers. causa
uero suspitionis, si autem terminauerunt arbitri iudicem iusté alle-
17 gatum fuisse suspectum, † tunc in dicto iudice, quo ad causam in qua
allegatus fuit suspectus iurisdictio pœnitus cessat. c. iudex, uers. ex
tunc iuncta glo. in uerb. assensu, de offi. & potesta. iudic. deleg.
in. 6. Non sic tamen terminant arbitri, uidelicet, iudicem suspec-
18 tum, †nisi qui allegauit suspitionem coram arbitris de ea docuerit. c.
secundo requiris § tertio postulas, de appella. Existimabunt autem
arbitri suspitionis esse causam probatam, si coram eis probatum sit
quod iudex habitus pro suspecto, sit propitius alteri parti. c. ad hæc
19 de rescrip. † Vel si probetur, quod recusatus sit dominus ecclesiæ,
de qua contenditur, quia licet prælatus possit esse iudex in causa ec-
20 clesiæ suæ. ii. q. 7 § si quis erga, †non tamen poterit esse iudex, si al-

legatus fuerit ſuſpectus ex Abb. In c. inſinuante, nu. iiii. de offic.
& poteſta. iudi. deleg. & hæc eſt communis opinio, quicquid di-
cat Imol. in c. cum ueniſſent, de iudi. de qua communi ſic atteſta-
tur Stepha. Aufr. in trac. de recuſ. num. 8, † Item dicetur probata 21
cauſa iuſta ſuſpitionis, ſi iudex ſit conſanguineus aduerſarii. c. po-
ſtremo, de appella. & uſque ad quem gradum conſanguinitatis con
ſanguineus poſsit reputari ſuſpectus uide per Steph. Aufr. in d. tra.
de recu. num. iii. uſque ad numerum. 8. ac ibidem uide per eum
á prædicto nu. iii. uſque ad numerum 46. cauſas nonagintatres enu
meratas, ex quibus iudex poteſt probari ſuſpectus, quas ego euitan
dæ ſuperfluitatis cauſa, hic nõ repeto, cũ ibi uideri poſsint. Quotiens
igitur una, uel pluribus ex cauſis prædictis probatis, pronuntiauerunt
arbitri iudicem ſuſpectum, aut non eſt appellatum á tali terminatio-
ne, aut ſecus, ſi non eſt appellatum, communis eſt opinio, quod ſi
iudex recuſatus erat ordinarius, ſit in facultate ſua an committat cau
ſam alicui, uel eam remittat ad ſuperiorem, quod ſit communis di-
cit Felin. in d. c. cum ſpeciali, num. 7. ubi tamen dicit requiri re-
cuſatoris conſenſus, & reddit rationes, ſi tamen elegit committere
exigitur partium conſenſus, non in perſona cui fienda eſt commiſ-
ſio, ſed in commiſsione fienda, † hæc ſunt formalia uerba Abb. in 22
c. ſi quis contra clericum, num. xiiii. de foro competen. Si autem
iudex recuſatus erat delegatus, † tunc non poteſt committere cau- 23
ſam, cui uoluerit niſi de utriuſque partis conſenſu, quia non habet
iuriſdictionem efficacem, ſed elidibilem ita Abb. in d. c. ſi quis con
tra clericum, num. 15. in fin. Sed aduertendum eſt quod hoc de de-
legato, non eſt uerum, quando ſuper recuſatione fuit pronuntiatum
nam tunc omnino deſinit eſſe iudex, † ita, ut etiam de conſenſu par 24
tium, non poſsit quicquam facere. c. iudex, de officio, & poteſta.
iudi. deleg. Si fuit appellatum á ſententia arbitrorum, etiam quod
eſſet delegatus, † poterit, quando appellatio erit legitima commit- 25
tere de conſenſu recuſatoris uices ſuas alteri ex Philip. Fran. in d. c.
cum ſpeciali, col. iii. uerſ. Si uero arbitri pronuntiauerunt iudicem
ſuſpectum, † quod autem á tali ſententia arbitrorum poſsit appella- 26
ri, in iure nõ eſt dubium, ſi appelletur ad ſuperiorem. c. ab arbitris,
de offi. & poteſta. iudi. deleg. in. 6. qui ſuperior nedum cogno-
ſcit cauſam appellationis, ut ſupra, ſed etiam recuſationis, † quando 27
ſuperior ſit epiſcopus, & recuſatus, ſit eius delegatus, uel officialis,
ſeu ſuperior ſit delegatus papæ, & recuſatus ſit ſubdelegatus, ab eo
per tex. in c. ſi contra unum, de offi. & poteſta. iudi. deleg. in. 6.
quod tamen fallit, ut ſuperior non cognoſcat cauſam recuſationis,
† quando Papa delegaſſet cauſam duobus, cum clauſula, quod ſi am 28
bo intereſſe non poſſunt, alter eorum cognoſcat, quando tunc alter
eorum cognoſcit cauſam ſuſpitionis, & ſi non adeſt dicta clauſula re
curritur ad arbitros, ita probat ex dicto c. in prin. † Ad quos arbitros 29

etiam recurritur pro cognoscenda causa suspitionis, & non ad superiorem, licet non sint duo delegati sine prænominata clausula, quando solus delegatus, sit delegatus Papæ, c. suspitionis, de offi. & potesta. iudi. deleg. quem textum intelligit Imol. in c. cum speciali, num. 17. in fin. quod loquatur in delegato Papæ, si contingeret, q facta recusatione iudex recusatus, sequeretur, ad alterius instantiam
30 faciendo processũ, † talis processus etiam ipso iure nullus ex decisis per Bar. in. l. quia poterat, num. iii. ff. ad trebell. qui in hoc se mouit per tex. in. l. i. C. si quacunq; prædi. potesta. & hoc est uerum
31 de iure ciuili, † sed de iure canonico processus factus non annullatur nisi hoc detegatur ex postfacto, probata ueritate causæ, & lata sententia pro recusante, per ea. quæ dicit Imol in d. c. cum speciali. col. fin. ubi sic distinguendo concordat opiniones multorum, in hoc diuersimode sentientiũ, quæ opinio tamen limitatur, ut per Deci. ibi in fi. quod non procedat de iure canonico, quando electi essent arbitri super causa recusationis, quia tunc cognitio est in eos translata sed ego credo, q siue electi sint arbitri, siue nõ tamen processus nõ
32 annullari ex recusatione, † sed oportere recusantem ab eo, quod fecit recusatus, appellare ex his quæ dicit Innocen. in d. c. num. 6. cuius Innocen. opinio est communis sicut dicit Philip. Fran. ibi col. x. Verum non existimet aliquis, quandocunque recusationem pos-
33 se fieri, † nam ante litis ingressum; tantum de iure canonico toleratur, c. inter monasterium, de sententia, & re iudi. Nisi tamen ex post causa iusta superuenerit. quia, & tunc fieri potest. c. insinuan-
34 te, de potesta. & offi. iudi. deleg. † Vel etiam si iusta causa non superuenisset post litem contestatam; sed prius extiterit de ea tamen quando extabat prius, recusante non habente noticiam ex Ias. in. l. apertissimi, num. xii. C. de iudi. Simili tempore locus est recusationi, de iure ciuili; uidelicet, ante litem contestatam d. l. apertissimi, nisi ut supra ex post superuenerit iusta causa ex Bart. in. l. fin. nume. iii. C. de sententiis, uel si non superuenit, ignorabatur tamẽ quod adesset iuxta Ias. in supra alleg. loco, qui idem ibi sentit esse de iure ciuili. Facta igitur recusatione debito tempore, non est in facultate recusantis, quando ad arbitrorum electionem deueniendum est, remanere, absque eo quod faciat instantiam, quod eligantur
35 arbitri, † sed imo infra triduum eligendi sunt. l. cum speciali §. illico. C. de iudi. illisque electis, iudex recusatus, eis notificat, quatenus super tali re sunt electi, & ideo de causa suspitionis cognoscere uellint infra tantum terminum, alias quod ipse procedet in causa, per Specula. in titu. de recusa. in §. qualiter autem, num. 6. Aduertatur autem, ne ex prædictis quis dubitet, me confudisse distinctionem, quam supra a principio proposui, dum dixi, aut iudex recusatus est ordinarius, aut delegatus, quia de ordinario de iure ciuili supra uerba feci, dum allegaui autem. Si uero contingerit. C. de

ii iii iudic.

iudic. de eoque pariter loquutus sum, de iure canonico, dum alle-
gaui c. cũ speciali, de appella. necnon, & de delegato de iure cano
nico loquutus sum, ut apparet ex supra distinctis, cui addo quod si
delegatus, de iure canonico fuisset impetratus, ad preces eius, qui
modo eum uellet recusare, id sibi non debere esse permissum, † nisi 36
de iusta causa doceat, quam ostendat coram arbitris, coram quibus fit
processus cognitionis causæ allegatæ pro suspecta, & hoc ex his, quæ
dicit Philip. Fran. in d. c. cum speciali, in uers. decimoquinto quæ
ritur in fin. ibi ex noua causa possum recusare quem elegi. De iure
aũt ciuili, secundũ ꝙ nõ ẽ necesse allegare cãm suspitiõis, † sed satis ẽ,
ꝙ recusãs dicat habere iudicem suspectum, ut est communis opinio, 37
sicut dicit Bart. in. l. quia poterat, num. ii. ff. ad lena. treb. cre-
derem tamen, quia oportet recusantem ad remouendum suspitionẽ
quod calumniose non recuset, † iurare se iudicem habere suspectum 38
ut est glo. in. l. apertissimi, in uerb. recusare, cum non sit conue-
niens, quod quem elegi, simpliciter recusem, de iure canonico, ni-
si docuerim causam iustam superuenisse, ut supra pariter, & de iure
ciuili addendum esse in iuramento, quod noua causa superuenit, pro
pter quam, iudicem habeo suspectum, & si an de iure ciuili non de
beat probari, debet tamen allegari ex Deci. in c. cum speciali. col.
i. Nec etiam hoc sufficere existimo, sed necesse est causam iustam al
legare per ea, quæ dicit Ias. cum allegatis ibi per eum in. l. apertissi-
mi, nu. ii. uers. ii. limita. Si autem iudex recusatus esset iudex delega-
tus, & quæratur, quid iuris de iure ciuili, dico quod non sibi asso-
tiatur episcopus loci, sicut in iudice ordinario recusato, per autent.
si uero contingerit, sed debent partes uenire ad electionem arbitro
rum, d. l. apertissimi, nisi forte esset delegatus ad uniuersitatem
causarum, quia equiperatur ordinario secundum glo. in d. l. fi. in
uerb. specialis. C. de iudi. Notandum tamen est, quod illa glo. ibi
per Doct. magis communiter reprobatur, item nisi esset iudex in quẽ
consensisset recusans, auten. offeratur. C. de liti. conten. Vel com
muniter partes aquieuissent ex Ias. in d. l. apertissimi. col. i. uers.
secundo, limita, ubi dicit hoc non procedere, quando superuenis-
set noua causa post consensum, quando uero eliguntur arbitri recu-
sato delegato de iure ciuili, omisso articulo suspitionis, cognoscunt
de causa principali dicti arbitri, † qui de iure canonico non causam 39
principalem, sed suspitionis articulum tantum cognoscerent, ut per
Philip. Fran. in d. c. cum speciali, col. 8. uers. ii. differentia, &
ex his multa breuiter in materia recusationis, tam de iure canonico,
quám ciuili tradita habentur, ex quibus faciliter, articulorum in
hac materia contingentium, noticiam quisque habere poterit, quem
alias multas membranas quærere oporteret, sed pro huius rei com- 1
plemento infrascriptas quoque cautelas annotaui, prima est cautela, caute
ut uidelicet, quando quis desiderat recusare iudicem, & sit in terris la.

40 ecclesiæ, † quoniam in ipsis seruatur ius canonicum, & in terris imperii seruatur ius ciuile, ut per Bart. in. l. quia poterat, nu. ii. ff. ad sena. treb. & per Bald. in. d. c. cum speciali, num. xiii. in fin. uers. porro, quod multa diligentia aduertat, in arbitrorum electione, ut uidelicet, eligantur sibi fauorabiles, quoniam, ut supra dictum est, arbitri sunt illi, qui cognoscunt de iure canonico, de suspitione causæ, & ut ait Inno. in d. c. cum speciali, num. iiii. multæ causæ sunt in iure non expressæ, quæ sunt iustiores expressis, quæ secundum Inno. ibi remanent in arbitrio iudicis, an sint iustæ, uel
41 ne, † & etiam si causa sibi iustior non uideatur expressis, existimet tamen esse similem. poterit arbitrari esse iustam causam. l. non possunt. ff. de legi. & ad hoc propositum Bald. in d. c. cum speciali,
42 num. 6. dicit unum notabile uerbum, uidelicet, † quod simile in legibus, & statutis habetur pro expresso, allegans tex. in. l. his solus. C. de reuocan. dona. Nec refert quod Innocen. dicat, quod si arbitrer moueretur æquitate sui capitis, ad credendum causam esse iustã, quod posset appellari, quoniam satis est, iam nunc habere sententiam pro se, cum facilius, quod impediatur, quam quod inductum tollatur, l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, uel alie.

secunda cautela. iure. Secunda sit cautela, pro eo, qui habet suspectum iudicem, & non habet causam expressam a iure medio cuius posit concludenter coram arbitris ostendere, quod rite recusauit Iudicem, quærere enim habet, an alias talis causa ab alio, coram alio, uel aliis iudicibus pro causa suspitionis fuerit allegata; & pro sufficienti ab arbitris iudicata, & si hoc sic fuisse inueniat, docendo talem rẽ, in populi noticiam peruenisse, spaciumque decem annorum, post talem pronunciam absque eo, quod reuocata fuerit, transcursum fuisse. sperare debebit, etiam quod arbitros non haberet fauorabiles, se obtinere,
43 † quoniam hoc casu eodem modo, licet causa a iure non esset expressa, tenerentur arbitri terminare ex decisis, per Bald. in. l. nemo, nu. 4. C. de sententiis, ex quo loco elicitur præsens cautela.

tertia cautela. Tertia sit cautela, pro eo, qui habet causam iustam recusandi superiorem, nec uellet controuersiæ uidere [illegible], uel saltem illam differre cupit, forte quia sit reus, † quorum uoluntas est fugere, l. inter
44 stipulantem §. si stichum, ff. de uerbor. obliga. nam si talis fuerit coram arbitris in causa recusationis factæ iudicis ordinarii; & probata fuerit causa, ac per arbitros declaratum dictam causam esse probatam; † tunc ordinarius potest committere causam de consensu par-
45 tium ex his, quæ dicit Imol. in c. secundo requiris §. i. de appel. cautela igitur sit pro isto reo, ut non consentiat commissioni causæ, quia tunc ordinarius debet negocium ad superiorem referre, qui superior, si sit suspectus reo, ut supra dixi poterit illum recusare. † & Ite-
46 rum hæc secunda causa recusationis coram aliis arbitris sicut prima erit cognoscenda, per ea quæ dicit Imol. in d. c. cum speciali, nu.

xii. & ſic reus ad eius uotum cauſæ lõgitudinem uidebit. Quarta ſit quarta cau
cautela, quod tamen non conſulo fiendum, habemus ut ſupra dixi, tela.
quod quando allegatur ſuſpectus ordinarius de iure ciuili, quod ei
debet aſſociari epiſcopus loci, d. autent. Si uero contigerit. C. de
iudi. Nam ſi quis parum, etiam confidat de epiſcopo. Aduertat al-
legare ſuſpitionem primi iudicis, quando epiſcopus eſt abſens, † quia 47
eo caſu loco epiſcopi abſentis aſſotiandus ē unus de dignioribus ciui
tatis puta archipresbyter, uel ſimilis hæc cautela elicitur ex his, quæ
dicit Alexan. in conſ. clxxxiii. uiſo proceſſu ſecunda col. uerſ. ad
hoc, quia reſpondetur, uol. ſecundo. Quinta cautela ſit, cum ue- quinta cau
rum eſt, quod proceſſus factus per iudicem recuſatum, ſit ipſo iure tela.
nullus, ut per Bart. in. l. quia poterat, ff. ad ſen. trebel. num. iii.
Dico uerum eſſe ſecundum magis communem, ſaltem de iure ciui-
li, quanquam Alex. in. l. quia poterat, ubi refert in hoc uarias, &
uarias opiniones, dicat quod etiam opinionem Bart. putat ueram
de iure canonico, ſed dato, quod ſaltem ſit uera de iure ciuili, dico
quod ſi pars, quæ non recuſauit iudicem, deſiderat cauſam ibi per-
manere, ſperans ipſum habere fauorabilem, cum ueriſimiliter con
tra alium ad odium, ratione recuſationis, motus eſſet poſsit, faciat
recuſatorem citare pluries coram iudice recuſato, per inde ac ſi
nulla recuſatio facta fuiſſet, quia ſi aliqua uice talis citatus compare-
at, nec recuſationis exceptionem opponat, uidetur recuſationi re-
nunciaſſe, † unde proceſſus ex poſt factus coram iudice recuſato ua- 48
lebit, & tenebit, per ea, quæ dicit Panor. in d. c. cum ſpeciali nu.
xiiii. in fi. Sexta ſit cautela, quando quis timet, quod qui recuſauit ſexta
iudicem, id fecerit animo perpetuandi, per quantum poterit, litē. caute
Aduertat, ut eligantur arbitri tales, qui non ſint de potentioribus, la.
quoniam per c. ſuſpitionis in fin. de appella. habemus quod per iu
dicem ſunt cogendi ad terminandum cauſam ſuſpitionis, & licet ibi
non dicatur quomodo ſunt cogendi, dicit Bal. in c. cum ſpeciali. in
glo. in uerb. diſtricto, † quod omni uia ſunt cogendi, etiam dene- 49
gando eis cibum argumento. l. iii. ff. de arbi. Sed ſi eſſent de po-
tentioribus forte non eſſent multum facilis iudex ad omnes uias coa 7. cau
ctionis. Septima cautela, nam aliquando contingit, quod iudex re- tela.
cuſatus, quia ſi cauſa recuſationis eſt notorie iniuſta, † poteſt eam 50
ſpernere, & procedere in cauſa, ut per Abb. in d. c. cum ſpeciali.
in ultima quæſtione, uelet cauſā ſuſpitionis, coram ſe allegatam, cre
dere notorie iniuſtam, & ſic eam ſpernere, licet tamen in rei uerita
te eſſet cauſa legitima, tunc ad cautelam debet iſte recuſans, quære-
re a iudice, quod ſi ſuam recuſationem admittere non uult commit-
tat dictam non admiſsionem, in ſcriptis apparere, quod ſi facit iu-
dex, debebit, tunc a tali non admiſsione recuſans appellare, & pro-
ſequi cauſam appellationis, & non recuſationis, quia ſi uult proſe- appelletur
qui cauſam recuſationis non obtinebit, niſi doceat cauſam ipſam eſ-

se ueram, sed si prosequitur causam appellationis, nihil habet probare de ueritate causæ recusationis, sed sufficit, si probet, se proposuisse causam legitimam, & ipsam non fuisse a iudice recusato admissam, si autem contingeret, quod reprobaretur appellatio, † posset
51 prosequi causam recusationis, tanquam rem diuersam, ita dicit, & probat Imol. ex his, quæ ibi adducit in d. c. cum speciali, num. 18. usque ad numerum xix. quod est maxime notandum, & obseruandum. Octaua sit cautela pro eo, qui desiderat causæ expeditionem;
8. cautela. ut quando delegatur causa in literis delegationis dicatur, quod de partium consensu delegatur talis iudex, quia deinde, si alter eorum uoluerit recusare iudicem, cum appareat, quod ex eius uoluntate da
52 tus sit, † poterit recusatus spernere talem recusationem, tanquam notorie iniustam, & prosequi in causa, c. cum olim, de causa poss. & propri. & ibi est glo. in uerb. iudices recusare, quæ dicit, quod etiam hoc procedit in procuratore constituto simpliciter ad impetran
53 dum iudicem, † non autem si haberet mandatum ad impetrandum certos iudices. Nec hoc casu expectatur, quod arbitri cognoscant, an dicta causa sit notorie iniusta, uel ne, quia cum manifestũ
54 hoc sit, ut patet ex literis, † ideo tali re manifesta cessat ordo iuris, nec est obseruandus, c. ad nostram, il terzo, de iureiur. Nona cau-
nona cautela. tela sit pro eo, qui non recusauit iudicem, quoniam sperare poterit quod per quantum in se erit, uti ex recusatione prouocatus, † sem-
55 per recusanti talis iudex nocebit ex Specula. in titu. de recusa. §. effectus, num. x. ideo per contrarium debet existimare, quod ipsum sibi fauorabilem reperiet, ut igitur causa reuertatur, quam citius ad ipsum, hoc obtinebit, si arbitrum electum pro sua parte, habebit paratum ad se, cum alio arbitro non conueniendum, quia tunc iudex recusatus, illis statuet competentem terminum, infra quem, dicti arbitri conueniant, seu se ad concordiam reducant, uel tertium
56 concorditer aduocent, † alioquin dictus iudex in causa procedere poterit, c. legitima, de appella. in. 6. Notandum tamen est, quod
57 qui in hac re malitiose uersatus fuerit, † tenebitur alteri parti ad expensas ex Specula. in titu. de recusa. in §. effectus, num. xx. Deci-
10. cautela. ma cautela sit pro eo, qui dubitat, q pars recusans iudicem, illud faciat causa differendi iudicium, † requirere enim debet iudicem recu
58 satum, ut deferat iuramentum recusanti, quod bona fide, pro parte sua eliget arbitrum, qui rei expeditionem retardare non habeat, hæc cautela habetur ex his, quæ dicit Specul. in titu. de recusa. in §. effectus. nu. xxxi. Vndecima cautela sit pro eo, qui dubitat causam su
11. cautela. spitionis coram arbitris probari, ut quærat, quando deuenitur ad electionem arbitrorum, quod fiat de tali causa probanda compromissũ
59 in dictis arbitris, uti arbitris, & arbitratoribus, † quia cum arbitratores sunt ad similitudinem prosonetarum, l. si de. meis §. recepisse ff. de arbit. si huiusmodi arbitratores non erunt concordes in electione tertii, per recusatum, nec per alium poterunt cogi, quia cum

reputentur

reputentur, ut prosonetæ, † in prosonetis non tractatur de electio- 60
ne tertii, habetur hæc cautela ex decisis per Philip. Franc. in d. c.
speciali, col. iii. ubi dicit esse menti tenendum, cum ut plurimum
fiant compromissa, ut in arbitros, & arbitratores. Duodecima cau XII.
tela sit pro uno ex litigantibus, ut data opera multum demonstret caute
confidere de iudice, ita ut alterum ducat ad uoluntatem recusandi la.
iudicem, quia si eum recusabit, & simus in terris ecclesiæ, ubi non
probauerit causam suspitionis sufficere, ipse iudex recusatus remane
bit iudex in causa, propter quod dicit Specula. in titu. de recusa. in
§. qualiter autem, num. iiii. erit facile, quod hic iudex, causa re-
cusationis prouocatus, † sit dirus, asper, & insidiator causæ respectu 61
eius qui eum recusauit, quod dicit Specula. ualde graue esse, cum
multa subiiciantur potestati iudicis, quæ tamen facere, non ei ex ne
cessitate est impositum. l. i. C. quo, & quando iu. & l. non quic
quid. ff. de iudi. & cum hac xii. cautela facio finem huic tertiæ quæ-
stioni, nec in ea aliquid ulterius dico maxime' de his, quæ pertinent
ad iudicis recusationem, cum quæ per me omissa sunt uideri possint
ubi de materia per scribentes tractatur, solum superest, ut responde
am ad duo, quæ in principio quæstionis, parti, quam deinde firma
ui, opposui, uidelicet ad. l. ad imperatorem, iuncta glo. in uerb.
audire, de appella. pro cuius solutione dico, quo'd hæc duo maxi-
me' differunt, uidelicet, quod aliquid fiat, uel quo'd factum tollatur,
† primum enim facilius, qua'm secundum fieri est permissum. l. patre 62
furioso, ff. de his, quæ sunt sui, uel alie. iu. non est igitur mirum, si
causa remanet ubi posita fuit de partium consensu, sed non ualet cō
sequentia, remanet quod est factum de consensu partium, ergo si il
lud de nouo facere uellent, non sibi prohiberetur, quoniam cum
hæc sint duo diuersa, ex diuersis non fit concludēs illatio. l. papinia
nus exuli. ff. de minori. Non obstat secunda oppositio, uidelicet,
quo'd scientia dicitur in eo, qui scit, uel alterius medio scire possit,
quia si iudex nesciret iudicare, & ipse sibi uellet contrarium
persuadere, expectandum est suum iudicium, cum sit
persona ad hoc deputata argumento. l. inter artifi-
ces. ff. de de solu. & l. si quis arbitratu, ff. de
uerb. oblig. † & si male iudicabit propter 63
eius imperitiam, nec uoluit petere
consilium a' peritioribus, faciet
litem suam, unde tenebi-
tur in eo, in quo pars
ab eo læsa re-
mansit. §. i.
iuncta glo. in uerb. litem suam.
insti. de oblig. quæ ex qua
deli. nascuntur.

O

RITII MERLI APOLOgia homaloteticon cum parte de consilio sapientis, & parte innexa de ualiditate, & inualiditate sententiæ, cum cautelis uigintiocto.

QVARTO quæro, an sententia sit nulla, consilio sapientis petito, & non expectato, quod consilium debeat expectari, de hoc uidetur tex. in c. bone, il secundo § nec obstabat, uers. si enim, de postula. præla. ubi Papa inquit ꝙ si non expectaretur iudi
1 cium, postquam res est sibi remissa, † contingeret, quod non licet quoniã frequenter illuderetur, & iudicium ipsius, ab alieno penderet arbitrio, abhorret enim lex, quod aliquid per aliquem ample
2 ctatur, & deinde ab ipsomet, id respuendum determinetur, † hinc est, quod filio minori, aduersus hæreditatis aditionem restituto, curiculis adhuc minoribus instantibus, iterum restitutionem in integrum, ut modo adeat, lex omnino denegauit. l. ulti. § ubi autem. C. de bonis, quæ libe. facit tex. in. l. i. C. de relat. uerum ibi nõ dicitur, quod sententia sit ipso iure nulla, sed quod eis iure appellationum uentilabitur, melius probatur prædictum, quæsitum, pro parte affirmatiua per tex. in c. licet, de offic. leg. ubi quod remis
3 sum est, si non pro remisso deinde tractetur, † irritum, & inane omne, quod sic ex post factum fuerit per Papam declaratur, imo eti
4 am non solum actus est nullus d. c. licet, † sed & ei ad cuius consilium res fuerat remissa, fit iniuria, nomen .ii. q. i. propter, quod inquit ibi tex. quod quando ad maiorem potestatem, dubitatio refertur, abstinent iudices, qui remiserunt, quicquam facere, nec satis esset, quod de re remissa pro parte expectarent responsionem,
5 † sed ipsam totius rei expectare oporteret. c. denique. 6. q. iii. ibi & nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta expectare, & non recedendo a terminis quæstionis propositæ, quod expectandum sit consilium sapientis habemus decisum per Bald. in. l. ex illo. C. de
6 appella. declarando tamen ibi istud procedere, † quando commissio consilii esset facta ex forma, & dispositione statuti, & hoc per. c. eũ in ueteri, de ele. ubi irritandũ est, id quod est factum, non expectato consilio, quod requirebatur, in quibus terminis, idem decidendo, firmat Bart. hanc sententiam, in. l. i. num. ii. C. de rela.
7 dicens id probari per illam legem, nec tamen obstat, † quod cum nõ teneatur iudex sequi consilium de necessitate, ut per Bart. in. l. i. § si
8 plures, num. x. ff. de exerci. ideo hoc de expectando consilio, † tã quam leuis solennitas, non sit curandum. l. i. in fin. ff. de uent. in
9 spi. † Quia ex quo consilium sapientis posset trahere in suam sententiam iudicem. l. si in tres, ff. de rece. arb. Vnde ex hoc factum posset mutari, uidelicet, fieri, ut diuersa per iudicem daretur sententia

†ubicunque uero propter solennitatem facti substantia potest mutari, talis solennitas non reputatur leuis, ut per Bart. in d. § si plures. 10
num. xiii. ubi firmat, quod dixit, d. l. i. C. de relati, & ad prædictum obiectum, modo, quo supra, respondet. Quare ex prædictis, licet dicatur, quod poterit appellari, non tamen doctores antedicti concludunt sententiam iudicis esse nullam, imo expressæ dicunt, quod ualet, sed quod tanquam iniqua retractabitur per appellationem. ¶ Ego uero in hoc articulo, non tantum existimo, quod sententia retractetur per appellationem, tanquam iniqua, † sed quod 11
imo sit nulla, & irrita, moueor ex textum in c. licet, de offi. lega. ibi in fine censuimus irritam, & inanem. Nec obstat, quod ibi non dicitur nullum, nisi postquam Papa, ita censuit, cum dicat, censuimus &c. Quia respondetur, quod quando aliquid in ipso iure non ualet; & sic est nullum, licet super eo interueniat, sententia, seu interuenire debeat, attamen non tollit, quominus id non sit nullum a principio, † accipitur enim huiusmodi sententia pro sententia de- 12
claratoria, non autem disputatiua ex his, quæ dicit Ias. in l. si quis maior, num. 25. C. de transac. † Declaratio uero nihil ponit in esse 13
l. hæredes palam § fin. ff. de testa. Non obstat quod c. licet, loquitur in relatione facta Pontifici, casus autem noster est in commissione causæ ad consilium sapientis. Nam si recte aduertatur, doct. in l. ex illo, C. de appella. & in. l. i. C. de relat. inferunt de relatione ad consilium sapientis communiter iuxta propositum quæstionis præmissæ, & merito, † quoniam appellatio, recusatio, & relatio conue- 14
niunt in iurisdictione iudicis, ut notat Io. Andr. exer. de appel. in rub. & respectu relationis, & commissionis ad consilium sapientis per omnia quasi seruatur idem stilus, † ut per Paul. de cast. in rub. C. 15
de rela. ubi inquit, quod propter hũc Specul. posuit titulum, de relat. & titul. de consi. requi. Non obstat tex. in. l. i. C. de rela. ubi appellari debet &c. Nam si esset nulla, non opus fuisset appellatione. l. i. † C. quando prouo. non est necesse ibi etiam citra prouo- 16
cationis adminiculum, & . l. ii. eod. titu. ibi, & in hac specie prouocationis auxilium necessarium non fuit, respondeo quod tex. in d. l. i. C. de rela. non dicit appellationem oportere fieri, sed solũ ait, quod si hoc fecerit, nihilominus iure appellationum res agitabitur, non inconuenit autem nullitatem per appellationem tractari, † cum in appellatione insit nullitas sententiæ, l. carmelia pia. ff. 17
de iure patron. l. quædam mulier, ff. famil. hercis. & hanc opinionem, quam teneo, uidelicet, quod sententia sit nulla Tenuit expresse Philip. Francus in c. intimasti, col. fin. uers. imo tenendum est de appella. respondens ad d. l. i. de relat. modo, quo ego feci, & quod in appellatione insit nullitas, allegans c. dilecto, de appel. & l. si expressi. ff. eod. tit. dicensque quod non debet ſumi intellectus quod processus ualeat, quia esset intellectus contrarius, c. licet, † qui 18

non eſt ſumendus . l . ii . C . de condi . inſer. Huius opinionis eſt etiam Specula . in titu . de rela § fin . in princ . idem tenet Salic . in d. l. i . C . de rela . col . ii . uerſ . aut hoc facit , partibus inuitis , idem tenet Ioan . Andr . in c . legitima , de appella . in . 6 . Ioan . de Imol. in d . c . licet , & ipſe in hoc ſe firmat , Oldendor . in trac . de ſententia , & re iudi . num . 26 . Vnde hæc uidetur magis communis opinio . Hæc autem opinio non ſic de plano procedit, ideo aduertatur quia recipit nonnullas limitationes . Limitatur enim primo , ut non
19 procedat. † quando iudex uellet de conſenſu partium reaſſumere cauſam tempore , quo non adhuc præſentata fuit ſapienti , & Fran . in c . intimaſti , col . fin . de appe . qui de ea habebat conſulere ex his , quæ dicit Abb . in d . c . licet , il ultimis uerbis . Secundo limitatur,
20 † quando iudex uellet reaſſumere cauſam reſpectu examinis , ut cauſam melius inſtructam mitteret . c . conſtitutus § cumque ſancti Marcelli . de appella . nam ille actus per hoc non diceretur nullus, ut probatur ibi . Tertio limita , quando ſtatutum diceret , quod cauſa committeretur ad conſilium ſapientis de conſenſu partium , & iudex de
21 conſenſu unius dictam cauſam commiſit, † poterit dare iudex ſententiam , & alia facere , nec aliquid erit nullum , per ea quæ dicit Spec. in tit . de rela . in § fin . uerſ . quid ſi iudex . Quarto limita , & dicas quod ualeat id , quod fecit iudex , etiam ſi ſententiauit , quando hoc
22 non fecit in contemptum , † ſed ex iuſta cauſa , quia peribat inſtantia unde pronuntiauit ſcđm formã, & tenorem conſilii ferendi, dicendo pronuntio in omnibus , & per omnia prout conſuletur per talem conſultorem , cum cauſa conſulenda eſt commiſſa, nam ſi poſtea ueniat conſilium , ſententia tenet, per deciſa Pan. de caſt . in . l . i . uerſ. dic quod ualet , C . de rela . ex mente Bald . quem ibi allegat in . l. eũ iudex , C . de ſententiis , quod nota , quia pluries poteſt contingere. Vltra autem iſtas quatuor limitatiões ad opinionem ſupra firmatam accedunt duæ ampliationes . Prima ampliatio eſt , ut ante conſultationem habitam , per iudicem non feratur ſententia , etiam quod princeps , cui præſentata fuerit relatio , illo interim deceſſerit , nam expectandum eſt reſponſum a ſucceſſore , quoniam conſultatio , &
23 relatio concernit dignitatem , † quæ non moritur . C . ſi gratioſe, de reſcri . in . 6 . ita dicit Philip . Fran . in d . c . intimaſti . col . fin. quod tamen non eſt ſimpliciter uerum , ſed maxime refert, an dignitas ſit
24 cauſa commiſsionis , uel perſona cui committitur , † primo caſu commiſsio eſt realis , & ſic expectandus eſt ſucceſſor , ſecundo caſu commiſsio eſt perſonalis , & tunc ſecus eſt fiendum , ita Bal . in . l . ſi quãdo , num . 5 . de rela . ubi in dubio , uidelicet , quando non apparet, an commiſsio ſit realis , uel perſonalis , reſpondet Bald . aduertendũ eſſe , an fides ſumatur ratione officii , & tunc commiſsio tranſit ad
25 ſucceſſorem, † aut dignitas actui nihil confert , & tunc extinguitur cum perſona , ita dicit Bald . ibi cuius uerba ſunt menti tenenda,

cum

cum in huiusmodi casibus possint inseruire ad multa. Secunda sit ampliatio, ut uidelicet non possit aliquid fieri, pendente relatione, seu consultatione reassumendo causam, † etiam de consensu partium, 26
quando is, qui illam reassumere intendit, est iudex delegatus, nam quod faciet in causa reassumpta, non ualebit. c. significantibus, de offic. & potesta. iudi. deleg. † Est enim hoc tantum permissum iudici ordinario, ut possit reassumere causam de consensu partium ex 27
Philip. Fran. in d. c. intimasti, col. fin. qui sic intelligit. l. ad imperatorem. ff. de appella. Sed si quæratur, quare ego sic institerim in præsenti quæstione, an sententia iudicis, qui commisit ex dispositione statuti causam ad consilium sapientis, consilio non expectato, sit nulla, uel iniqua, cum quocunque casu, ad finem is contra quem lata fuit, ob ipsam non sit passurus, respondeo multum in iure referre, an sententia sit nulla, uel iniqua, † quando enim sententia est 28
nulla superuacuo appellatur, l. ex consensu. §. cum procurator. ff. de appella. licet uerum sit quod propter appellationem, iurisdictio deuoluitur ad superiorem, † qui poterit pronuntiare sententiam esse 29
nullam, & superuacuo esse appellatum ex Imol. in. l. si constat. in princi. ff. eod. titu. Sed si sententia sit iniqua, etiam, quod euidenter esset iniqua, non tamen reprobari posset, † nisi medio appe- 30
lationis ex Bald. in. l. i. in fin. C. sententiam rescin. non poss. Et hoc dictum ampliatur, ut procedat, † etiam ad damnum emptoris, 31
ut puta si lata sit iniuriosa sententia contra uenditorem, dummodo absit eius dolus, noceat emptori. l. uenditor. §. solet. uers. sinautem & ibi Bald. ff. de hære. & actio. uendendi. Secundo ampliatur, ut procedat etiam quo ad translationē dominii ex glo. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. in uers. dominia, in fin. † intelligendo ta- 32
men si traditio fuerit sequuta, ut per Bart. ibi num. 6. & est communis opinio, quod propter auctoritatem rei iudicate traditione sequuta ab eo, qui erat dominus, transferatur dominium, † & si non 33
erat dominus, transferatur usucapiendi conditio, ut de hac communi attestatur Bald. in. l. i. num. iii. C. communia utriusque iudi. quod ibi in fin. Bald. declarat procedere, quando is, pro quo lata fuit sententia non erat in possessione rei, super qua ferebatur sententia, si res erat corporalis, sed si incorporalis, † tunc ait ius trans- 34
ferri ex sola sententia ex not. per Innocen. in c. cum in nostris de concess. præb. Tertio ampliatur, ut procedat dicta conclusio, etiam de iure canonico, † sic enim sententia pro ueritate habetur. l. inge- 35
nuum de statu hominum, & l. res iudicata. ff. de reg. iur. ut & hoc de iure canonico quoque receptum sit. c. cum inter. iuncta gl. in uerb. iudicatam, de sententia, & re iudi. Quarto ampliatur, ut 36
procedat etiam si sententia notorie fuisset iniqua ex decisis, per Abb. in c. inter monasterium, de sententia, & re iudi. num. xxi. xxii. xxiii. † Vbi inquit, quod licet priuilegium, iusiurandum, transactio, 37

& probationes factæ in iudicio, quodlibet horum de per se faciant
notorium, tamen sententia contra alterum ipsorum lata ualet, &
tenet, & est tex. de hoc in .l. palam § quæ in adulterio. ff. de ritu
nuptia. uers. iccirco notetur. per quem tex. hoc idem Bald. deci-
dit in .l. i. num. 7. c. ne filius, pro pat. licet alleget text. in uers.
absoluta. sed male, ut uideri potest. ¶ Quinto ampliatur, ut procedat,
etiam si in sententia expressæ sint duæ causæ, quarum una sit contra
38 ius, † nam dummodo alia non sit contra ius, sententia ualet, & te-
net ex decisis per Innocen. in c. in præsentia. de renun, ea ratione
uidelicet; ut res potius ualeat, quam pereat. c. Abbate, de uerbo.
signi. ¶ Sexto ampliatur, ut procedat etiam si lata sit contra eum qui
probationes pro se habeat, dummodo sententia nihil iniqui conti-
39 neat, nisi quod sit contra eum, qui probauit, † cum iudex non sem-
per ad unam speciem probationis animi sui motum informet ex
Abb. in c. causam, in princip. de sententia, & re iudi. ¶ Septimo
40 ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia fuerit lata a iudice incom
petente, & partes hoc sciebant, & non opposuerunt, ex hoc enim
uidetur prorogata iurisdictio, ex Bar. in .l. ii. num. 7. ff. si quis
in ius uoca. non ie. ¶ Octauo ampliatur, ut procedat, etiam si senten
tia fuerit incerta, sit tamen lata super actione uniuersali, ut est peti-
tio hæreditatis, uel generali, ut est petitio tutele, uel negociorum
41 gestorum. † quia licet sententia incerta non ualeat § curare institu. de
42 actio. † Valet tamen in prædictis proxime enarratis casibus ex Bar.
in .l. quanquam, num. ii. C. de sententiis, quæ sine certa quātita.
¶ Nono ampliatur, ut procedat, etiam si sit sententia a iudice ordi-
43 nario interpretata, † dummodo interpretatio non sit extranea ex
Bar. in .l. ab executore, nu. 7 ff. de appe. ¶ Decimo ampliatur, ut pro-
cedat etiam si sententia sit alternatiua, ut talis ferri potest in actio-
ne Noxali. l. miles §. i. & ii. ff. de re iudi. & per Specula. in tit. de
44 offic. omnium iudi. num. 16. ¶ † Vndecimo ampliatur, ut proce-
dat; etiam si sententia fuerit lata per hæc uerba, uidelicet condem-
no condemnandum, & absoluo absoluendum, dummodo tamen a-
cta sint talia, ut nō possint aliqua tergiuersatione, uel probabili dispu-
tatione sub dubio constitui, per ea dicit Bald. in cons. clxxxix:
primū dubium quæ in tertia par. ibi refert. Iac. Butri. fuisse primū;
qui inuenit dictam cautelam, quando iudex restrictus est a tempore
ita quod labitur instantia, & ipse ad satisfactionem non est resolu-
tus in causa, ut pronuntiet, uidelicet modo prædicto, absoluo ab-
soluendum, & condemno condemnandū. ¶ Duodecimo ampliatur
45 ut procedat, † etiam si sit interlocutoria in qua iudex pronuntiauit
litem contestari saluis exceptionibus partis dummodo sint exce-
ptiones quas statim probare excipiens non poterat per Bald. in .l.
peremptorias. num. xxxi. C. sententiam rescin. non posse, ubi di
46 cit procedere, etiam in criminalibus. ¶ Decimotertio ampliatur, † etiā

si sit sententia lata super possessorio deducto simul in iudicio cum pe titorio, si tamen uerum sit, quod iudici prius constitit de possessorio qualitercunque constitit ex Abb. sequendo Inno. ibi in c. suborta, num. 7. de sententia, & re iudi. ¶ Decimoquarto ampliatur, † ut procedat, etiam si sit sententia, in qua, ut puta, iudex dixerit, 47
condemno te in uiginti, reseruata tibi exceptione solutionis, & pacti, quibus probatis, ego te absoluo ex Bald. in d. l. peremptorias num. iii. ¶ Decimoquinto ampliatur, † ut procedat etiam si senten 48
tia precibus fuerit lata textus est in. l. seruo inuito §. cum prætor, & ibi glo. in uerb. ambitiose. ff. ad sena. trebell. per Bart. in. l. i. num. 5. C. de pœna iudi. qui male iudi. ¶ Decimosexto ampliatur, † ut procedat etiam si sententia fuerit lata a iudice, qui dolo iudica- 49
uit, nam sententia ualet, licet iudex de dolo puniatur, dummodo dolus non peuenerit ad terminos corruptionis, ita Bald. in. l. fin. in princi. C. de pen. iudi. qui male iudi. ubi inquit quod ultra pœnam de qua ibi extant alie. etiam pœnæ aduersus talem iudicem ex c. cum æterni, de sententia, & re iudi. lib. 6. In quibus pœnis difficile est, ut non cadant, dicit Bal. prætores, qui uadunt ad præturas ciuitatum, ubi sunt diuisiones in populo, quoniam si sequuntur dictorum populorum partiales reformationes incidunt in d. c. cum æterni. ¶ Decimoseptimo ampliatur, † ut procedat etiam si senten- 50
tia fuerit lata sub modo. l. cum eorum iuncta glo. ibi in uerb. præstarent. C. de sententiis. ¶ Decimooctauo ampliatur, † ut proce- 51
dat etiam si sententia fuerit lata sub conditione. l. i §. biduum, uersic. sane. ff. quando appellan. sit, quod tamen declarat ibi Bart. procedere, quando conditio est cohærens negocio, ut puta quod capiantur imobilia, si non reperiantur mobilia, secus si est pœnitus remota, ut si dictum sit, si nauis ex Asia uenerit. ¶ Decimonono ampliatur, ut procedat etiam si sententia fuerit lata, † in sermone uul- 52
gari, seu uerbis uulgaribus dummodo consuetudo in loco ubi lata est non fuerit in contrarium. l. iudices, C. de sententiis, & ibi Bar. ¶ Vigesimo ampliatur, † ut procedat, etiam si sententia fuerit lata 53
ex falsis instrumentis. l. fin. C. si ex fal. instr. & ibi Bald. & per Alexand. in. l. qui Romæ §. duo fratres, in. xxi. col. in fin. ff. de uerbo. obli. ubi declarat, † quod taliter lata, contra absentes, est nul- 54
la, & contra præsentes ualet, sed tamen potest rescindi. ¶ Vigesimo primo ampliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata, licet, iniu- 55
ste, quando propter illam sequitur excusatio matrimonii, & legitimationis filiorum ex Innocen. in c. cum inhibitio, uers. & si sententia, de cland. despon. ¶ Vigesimosecundo ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia contineat in se causæ expresionem, & talis 56
causa sit falsa, dummodo iudex in exprimendo causam addiderit dictionem, præsertim, seu præcipue, seu maxime, ex Abb. in c. sicut nobis, num. xiiii. uers. secundo, debet limitari de sententia, & re

iud. & ibi uide Abb. qui dicit, quod regulariter, causa non est exprimenda in sententia, & quod fatuus est iudex, nisi obligetur a lege, qui illam exprimit, & ibi examinat casus, qui fallunt a regula.
57 ¶ Vigesimotertio ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia sit cōtra ius, nam communis opinio est quod ualeat, duntamen non interueniat alterum de duobus, uel quod error sit expressus in sententia, uel quod sententia, uel quod sententia se referat ad acta, in quibus est error, & tunc uidetur in sententia, si expresse ad ea acta se referat, sed si simpliciter sententia loquatur, tunc error, qui elicitur ex actis, aliter, quàm per inspectationem libelli, non reddit sententiam nullam, sed ualet, & transit in rem iudicatam, hæc sunt uerba notanda domini Franci. Curti. in cons. 25. col. mihi, 27. in princi.
58 ¶ Vigesimoquarto ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia sit super eo, quod non est lege decisum, talis enim sententia ualet, & ex ea inducitur consuetudo Bart. in. l. de quibus, nu. 17. uers, sed cōtra. ff. de legi. ¶ Vigesimoquinto ampliatur ut procedat, † etiam si sententia fuerit lata, expressa in ea causa incongrua, scilicet, ad propositum non faciente. l. titianus iuncta glo. ibi in uerb. dederat. ff. quod cum eo, & per Bald. in. l. i. num. iiii. uers. unde pone. C. de conditio. indebi. ¶ Vigesimosexto ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia fuerit lata contra legem extrauagantem ex Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. ubi dicit notandum esse, pro iudicibus quibus sunt data statuta, ut non dicantur contra legem municipalem iudicasse, si lex contra quam iudicatum fuit, inserta non reperiebatur in libro statutorum. ¶ Vigesimoseptimo ampliatur, ut procedat; † etiam si sit sententia contra apertam, & euidentem probationem, etiam luce meridiana clariorem, nam si de tali probatione constet, dummodo non constiterit de ea, ante sententiam, sententia ualet, licet per in integrum restitutionem retractetur, textus est in l. diui fratres, in princ. ff. de pen. ¶ Vigesimooctauo ampliatur ut procedat, † etiam si sit sententia lata in casu quo non sit seruatus ordo, etiam citationis, uidelicet, quod citatio sit omissa, duntamen talis sententia fuerit lata in interdicto, & suspensione, culpa probata, uel notoria existente, per ea, quæ dicit Innocen. in c. i. de exce. præla. ¶ Vigesimonono ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia sit lata, ubi aderat error calculi, qui error in actis continebatur, dummodo non fuerit in libello, uel si fuit in secunda instantia, nō fuerit in sententia primæ instantiæ, & hæc sententia, quæ lata est, nō contineat in se errorem expressum, ex his, quæ dicit Bart. in. l. i. C. de erro. cal. cuius opinio est communis, ut attestatur Alexand. ibi col. secunda, licet plures tenuerint contrarium, quos ibi refert.

59

60

61

62

63

64 ¶ Trigesimo ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia sit pro parte rescissa, nam pars sententiæ, quæ non rescinditur ualet, & tenet, per Bald. in. l. i. C. si aduersus rem iudi. ubi loquitur in minore, qui

qui poteſt reſcindere pro parte ſententiá in qua ſit læſus, & ex eo in fert, quod ſententia poteſt pro parte ualere, licet pars ſit reſciſſa, hoc tamen dicit eſſe uerum ex poſtfacto illo caſu. Sicut, & ex poſt facto, † poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, 65
quando, ſz unus hæres uincit in querela, & alter ſuccumbit. l. mater decedens, de inoffi. teſtamento. ¶ Trigeſimoprimo ampliatur, ut procedat, † etiam extra caſum proxime precedentem, quando 66
ſententia continet plura capitula ſeparata, prædicto caſu poterit quoque pro parte ualere, & pro parte non, ex Bart. in. l. etiam. ex cauſa, ff. de min. ubi reſpondet ad. l. in hoc iudicio, ff. fami. her. quo loco contrarium terminatur dicit Bart. ibi, illud ideo eſſe, quoniam capitula erant connexa, & qui uelit cognoſcere, quando capitula dicantur connexa, uel ſeparata animaduertat, † an ab eodem facto procedant, uel a' diuerſis factis, primo caſu pro connexis reputantur, ſecundo caſu pro ſeparatis, ita traditur per Fran. de Curt. in conſ. xx. circa ſecundam dubitationem, col. ii. ¶ Trigeſimoſecundo ampliatur, ut procedat, † etiam ſi ſententia fuerit con 67
tra unum, uel aliquos ex pluribus, cum quibus lis fuiſſet conteſtata. l. non idcirco. ff. de iudi. Abb. in c. cum inter, num. iiii. uerſ. ſecundus caſus de ſententia, & re iudic. ¶ Trigeſimotertio ampliatur 68
ut procedat, † etiam, ſi quando plures conuenti fuiſſent, & extaret ſtatutum, quod non ualeret ſententia, niſi ſoluta eſſet gabella, puta tex pro libra, nam licet, alias, ſi unus obtinuiſſet ſententiam, qui ſolus fuiſſet conuentus, & tantum de parte ſoluiſſet gabellam, non poſſet ualere ſententia, etiam pro illa parte, pro qua eſſet ſoluta gabella, ut per Bald. in. l. i. in fin. C. ſi aduerſus rem iudi. tamen quando eſſet lata ſuper tota ſumma pro pluribus, & aliquis eorum ſoluiſſet gabellam pro parte ſua, non officeret ſibi, quod cæteri non ſoluiſſent, ita Bald. eod. loco per tex. in. l. cum fundus. ff. de condi. & demonſtr. ¶ Trigeſimoquarto ampliatur, ut procedat, 69
uidelicet, † nam habemus, q quando ſunt plures debitores inſolidum, tunc omnes conueniri poſſunt, ita, ut unius ſolutio ſufficiat 70
auten. hoc ita, C. de duobus reis, & l. in executione. inſolidum ff. de uerbo. oblig. mo dico, quod ſi ſic formatus eſſet libellus, & iudex ſimpliciter pronuntiaſſet, dicendo, condemno tales, & omiſiſſet hanc qualitatem, inſolidum, uel illam, q unius ſolutio ſufficeret, attamen ualeret ſententia, † quia omiſſio qualitatis, dummodo 71
ſuper re principali ſit iudicatum, non uitiat ſententiam ex Bart. in l. i. nu. iii. C. ſi plures una ſententia. ¶ Trigeſimoquinto ampliatur, ut procedat, † etiam ſi ſententia ſit ſuper actionibus cumulatis, 72
in caſibus, in quibus cumulationi locus non erat, uel ratione ordinis, uel quia abſolutoria lata in primo, pareret exceptionem rei iudicate in ſecundo, uel quia executio facta in una, tolleretur per aliam, uel quia ratio maioritatis excludat cumulationem, his enim ca

sibus si pars conuenta non excipiat aduersus cumulationem, sententia super his lata procedit, & tenet ex Bart. in. l. edita, nu. xxiij.
73 C. de eden. ¶ Trigesimosexto ampliatur, ut procedat, † etiam si sen
tentia sit super una ex actionibus cumulatis, & non super cæteris
ex eodem met Bart. in d. l. edita, numer. 26. ¶ Trigesimoseptie
74 mo ampliatur, ut procedat, † etiam quando sententia sit in parte su
per re, quæ sit indiuidua, quo ad solutionem ex Bar. in. l. si duo, in
75 fin. ff. deposi. ¶ Trigesimooctauo ampliatur, ut procedat, † etiam
si sit sententia lata sine solennitate, dummodo sit lata à principe ex
Paul. de cast. in. l. si quis imperatorem. C. qui testam. face. pos
76 sunt. ¶ Trigesimonono ampliatur, ut procedat, † etiam in senten
tia lata per iudicem metu tyranni, hæc enim sententia ualet, si non
excipiatur, q sit metu lata &c. Ex Bal. in auten. decernimus, nu. ij.
77 C. de sacrosan. eccle. ¶ Quadragesimo ampliatur, ut procedat, † eti
am in sententia Papæ lata sine libello, dummodo fuerit sibi facta nar
ratio aliquo modo, nam eius præsentia, & auctoritas habet uim
petitionis, & libelli, ita deciditur per Io. de Imol. in c. cum uenis
sent, nu. 23. de instit. ¶ Quadragesimoprimo ampliatur, ut proce
78 dat, † etiam si sententia fuisset lata sine citatione, quando contingat
ferri contra suspectum tutorem ex Bart. in. l. non solum § fin. ff. de
procura. & si citatio regulariter præcedere debeat, l. de uno quo
que. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & per Inno. in
c. dudum, il secundo. de elec. ¶ Quadragesimosecundo ampliatur
79 ut procedat, † in sententia arbitri, licet fuerit uenalis, uel propter
inimicitiã lata, huiusmodi sententia ualet, sed tamen pbilat. doli ex
ceptio ex Bal. in. l. uenales, C. quando prouo. non est necess. ¶ Quadra
80 gesimotertio ampliatur, ut procedat, † etiam si sit sententia arbitri
lata contra minorem indefensum, dummodo eum non nominaue
rit arbiter minorem in sententia glo. in. l. labeo in uerb. com
misse. ff. de arbi. ¶ Quadragesimoquarto ampliatur, ut procedat,
81 † etiam in sententia lata super accusatione non continente locum, &
tẽpus, nam antequam ferretur sententia, opponi debebat, q ac
cusatio erat inepta, & informis, sed postquam lata est, amplius non
potest opponi, & sententia ualet, ita dicit Bald. & dicit esse notatu
dignum in addi. Specula. in tit. de sententia, in uers. sententia la
ta super accusa. col. penul. ¶ Quadragesimoquinto ampliatur, ut
82 procedat, † etiam in sententia, quæ aduersus inquisitum, pluribus
delictis non distinxit summas in condemnatiõe pro singulo delicto,
sed unam summam tantum pro omnibus inscripsit, ex Bart. in. l.
prætor § si mihi. ff. de iniur. ¶ Quadragesimosexto ampliatur, ut
83 procedat, † etiam in sententia lata pro procuratore non legitime cõ
stituto, quando talis procurator, fit procurator alicuius minoris, l.
non eo minus, & ibi glo. & Doct. C. de procura. ubi idem con
cludũt, si sit lata pro pupillo, non habente tutorem, uel si habebat,

erat falsus tutor. ¶ Quadragesimoseptimo ampliatur, ut procedat,
† etiam in sententia lata contra minorem, scilicet contra suum tuto 84
rem, uel curatorem, qui interuenit in toto processu, noluit tamen
adesse sententiæ, ex Bart. in .l. cum minores, num. ii. C. si aduer
sus rem iudi. † Aduertor tamē, quod hoc casu, & in aliis, quamquā 85
legitimē minor fuisset defensus, nihilominus posset in integrum re
stitui. l. fin. & ibi Doct. ff. de in integ. resti. ¶ Quadragesimooc
tauo ampliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata contra mino 86
rem confirmantem ingressum religionis eius, non enim solum sen
tentia ualeret, sed etiam aduersus talem ingressum, si sit maior. 14.
annis, non poterit restitui, per Abb. in c. ex parte, nu. 16. & ibi
Doct. de restitu. spolia. ¶ Quadragesimonono ampliatur, ut pro
cedat, † etiam in sententia lata contra ecclesiam secundum consuetu 87
dinem, dummodo talis consuetudo sit rationabilis, & cōmunis tā
clericis, quām laicis ex Abb. in c. cum causa, nu. ui. de sententia,
& re iudi. & communis dicitur consuetudo, † quando sit totius ci 88
uitatis, quoniam appellatione omnium ciuium includuntur clerici
inde oriundi, uel ibi beneficiati, ut per Bart. in .l. i. ff. ad munici 001
& per Abb. ibi in d. c. ¶ Quinquagesimo ampliatur, ut procedat,
uidelicet, † nam & si dominus obligatur ad ea, in quibus fecit man 89
datum procuratori, ut per Bart. in .l. si procurator. ff. de procur.
† tamen sententia lata contra procuratorem ualebit, & exequi pote 90
rit contra eum, si in expensis condemnabitur propter aliquam in
obedientiam, uel propter calumniam factam sine mandato, ex eod.
Bart. in .l. plautius, in fin. ff. de procura. ¶ Quinquagesimopri 101
mo ampliatur, ut procedat, † in sententia lata contra falsum procu 91
ratorem, qui ex post domino successit, † nam licet ubi interuenit fal 92
sus procurator iudicium sit nullum. c. in nostra in fin. de procura.
†, tamen sic ualet sententia prædicta, ut non possit ex post iste falsus 93
procurator etiam, ut hæres, & ex persona domini dictam sententi
am impugnare per decisa Io. And. in addi. ad Specul. in tit. de sen
tentia. §. quoniam, uers. quod si procurator. ¶ Quinquagesimose
cundo ampliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata, uel per falsos 94
testes, uel per falsa instrumenta, uel per falsas allegationes, nam te
net talis sententia licet per restitutionem in integram possit rescindi
ex Specul. in d. tit. de sententia. §. quoniam, uers. in summa. ¶ Quin
quagesimotertio ampliatur, ut procedat, † etiam si sententia fuerit la 95
ta ab eo, qui sit occultē excommunicatus, nam cum impedimentū
sit occultum, sententia non retractatur ex Abb. in c. ad probandū
nu. xxi. de re iudic. ¶ Quinquagesimoquarto ampliatur, ut proce
dat, † etiam in sententia lata contra unum, ut ualeat contra tertium, 96
ita, ut sine nouo processu possit contra dictum tertium exequi, li
cet dictus tertius non fuerit citatus ad dictam sententiam, & hoc est
quando sententia est super his, quæ concernunt commodum bursæ

publicæ ex Alex. in cons. lxxxiiii. col. ii. uol. iii, cum pluribus ibi allegatis per eum. ⁋ Quinquagesimoquinto ampliatur, ut pro-
97 cedat, † etiam in sententia lata contra occisores alicuius, ad instantiam extraneorum, talis enim sententia, parit effectum confiscandorum bonorum contra hæredes defuncti, licet citati non fuerint ex Bart. in. l. in cognitione. ff. ad sen. silla. & in. l. i. in fin. C. de his quibus, ut indig. ⁋ Quinquagesimosexto ampliatur, ut procedat,
98 † et in sententia, in qua tractatur de conditione personæ, uidelicet, quod sit laicus, uel clericus, illius, uel istius originis, hæc sententia ualet, quo ad omnes, etiam non citatos ex Alexan. in repe. l. sæpe, col. nihil. 15. ff. de re iudi. Sed quid super statu filiationis, partus, banni, & huiusmodi uide ibi late per ipsum. ⁋ Quinquagesimoseptimo am-
99 pliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata contra filium, ratione peculii profectitii, hæc sententia nocet patri, etiam, quod non fuerit citatus, ita ut contra eum possit mitti ad executionem ex Paul. de cast. in. l. cum filius. ff. de uerb. oblig. & per ea quæ habentur, in. l. iii. §. sed utrum, ff. de mino. ⁋ Quinquagesimooctauo amplia-
100 tur, ut procedat, † etiam contra bonorum possessorem illius, cuius bona erant obligata illi, qui procedebat contra principalem absentem, & ad actus citabat dictum bonorum possessorem, si enim fertur sententia pro ipso sic procedente, talis sententia nocet, ipsi bonorum possessori, ex Paul. de cast. in d. l. cum filius, quod dictum Magnificat, & dicit de eo contra quendam aduocatum reportasse maximum honorem. ⁋ Quinquagesimonono ampliatur, ut proce-
101 dat, † in sententia lata contra principalem, ualet enim talis sententia, etiam contra fideiussorem iudicatum soluendo, licet non fuerit citatus, ita ut contra eum possit exequi ex Bar. in. l. i. ff. de iudi. sol. ex Bald. in. l. ii. C. de fideiuss. min. & per scrib. in. l. fi. C.
102 de usur. rei iudi. ⁋ Sexagesimo ampliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata contra eum, cuius nomine sine mandato sit actũ, quãdo is cuius nomine actum est, sit coniuncta persona, & ratum habuerit ex Bar. in. l. i. C. quibus res iudi. non nocet. ⁋ Sexagesi-
103 moprimo ampliatur, ut procedat, † etiam in sententia lata in causa socii; quando secum lis est contestata; nam per contestationem, iste socius præoccupauit sibi debitum, propter quod sententia nocet cæteris sociis ex Bar. in. l. si unus, in prin. ff. de pac. Sexagesimose-
104 cundo ampliatur, † ut procedat in sententia lata pro uno ex pluribus dominis fundi, cui debebatur seruitus, hæc enim sententia cæteris, licet non fuerint in iudicio, prodest; l. loci corpus §. si fundus, ff. si serui. uendi. & ibi not. Bart. ⁋ Sexagesimotertio ampliatur, ut
105 procedat, † etiam in sententia lata respectu minoris ætatis, quantũ sit respectu probandi se tunc minorem, quando per sententiam minorem esse fuit pronunciatum, hæc sententia, quo ad alios, etiam tũc eo tempore probat talem esse minorem ex Bar. in. l. de ætate in

ultima

ultima qõne,ff.de mino.¶ Sexagesimoquarto ampliatur,ut procedat † in omnibus sententiis respicientibus conditioné personæ, & con- 106
currentibus requisitis, de quibus per Bald.in .l. ii. C. quibus res iudi. non nocet, nam ut ibi per Bald. etiam inter eos, qui non interuenerunt in iudicio, sententia ualet. ¶ Sexagesimoquinto ampliatur, † ut procedat in sententia lata contra ciuitatem indefensam 107
cui agens petiit sindicum, seu defensorem constitui, & non fuit constitutus, nam licet sic processum sit, & lata fuerit sententia, dicta ciuitate, seu republica non defensa, tamen sententia ualet, & sibi nocet ex Bart. in .l. i. C. de iure reipub. lib. xi. ¶ Sexagesimosexto ampliatur, † ut procedat in sententia lata in causa diuortii, hæc 108
sententia ualet, & nocet respectu filii existentis in utero matris, licet is non fuerit in iudicio, quoniam est pars uiscerum eius ex Bal. in. l. fin. C. de liber. causa argumento illius legis. ¶ Sexagesimoseptimo ampliatur, † ut procedat in sententia lata super principali, 109
ut ualeat respectu incidentis, si de incidenti est plene cognitum, ex Bar. in .l. i. nu. ii. C. de ordi. iudi. ex cuius dictis ibi limitatur, etiam istud non procedere, quando sententia fuisset lata contra quæstionem status, nam & si plene fuisset cognitum, super incidenti, dicit ibi Bart. q in eo non præiudicat, & nota, q regulariter non nocet super incidenti sicut consuluit Raph. Cuma. in cons. xix. i. col. ¶ Sexagesimooctauo ampliatur, ut procedat, † in sententia la- 110
ta super fellonia patris, quantum sit ratione feudi, quod habuit originem in persona sua, hæc sententia, quanquam filius non deliquerit, nec fuerit in iudicio, quoad priuationé feudi, filio nocet ex Bald. in .l. fin. C. de libe. causa, quo loco uide distinctionem per ipsum, quando fellonia patris noceat filio. Sexagesimonono ampliatur, ut procedat, † in sententia lata contra hæredem, in quærela 111
inofficiosi, talis sententia cæteris omnibus, licet non fuerint in iudicio nocet, & etiam quoad eos ualet ex Bart. in. l. papinianus. §. si ex causa, nu. ii. ff. de inoffi. testamento. ¶ Septuagesimo ampliatur, ut procedat in sententia lata pro uno ex reis debendi, hæc sententia, quando sit super facto lata, † & non ratione personæ, pro- 112
dest alteri socio. licet non fuerit in iudicio ex Bart. in. l. ex duobus in. iiii. q. ff. de duobus reis. ¶ Septuagesimoprimo ampliatur, ut procedat etiam in sententia lata pro uno ex cohæredibus qui putabatur hæres insolidum, & obtinuit, † hæc sententia prodest cæteris 113
cohæredibus, licet non fuerint in iudicio. l. si hæres unus, & ibi Bart. ff. fam. her. Septuagesimosecundo ampliatur, ut procedat in sententia absolutoria adulterii, † nam talis sententia etiam prodest a- 114
dultere. l. denuntiasse. ff. de adulter. Innocen. in c. quamuis. i. col. de re iudi. ¶ Septuagesimotertio ampliatur, ut procedat in sententia lata, † pro uno ex appellatoribus, hæc sententia, e- 115
tiam prodest cæteris. l. i. & ii. C. si unus ex appel. ¶ Septuagesi-

moquarto ampliatur, ut procedat in sententia lata in causa eius, qui
egit, sed alteri primo competebat actio, uel seu agentem poterat
impedire, ut est creditor, qui contra detentorem pignoris habet
hipotecariam, & debitor rei uendicationem, sed creditor præfer-
tur debitori, item, ut est maritus, qui in re dotali uendicanda præ-
fertur uxori, item, ut est emptor, qui præfertur uenditori, & em-
116 phiteoticarius, qui præfertur proprietario, † nam isti quosum il-
lud ius quod habent, procedit ex persona eorum, qui primo agere
poterant, agant, nec à prædictis impediantur, licet hoc sciant, eti-
am sine citatione, & contingat ferri sententia, dictis scientibus,
& non impedientibus, sententia nocet ex Inno. in d. c. quamuis,
de re iudi. ¶ Septuagesimoquinto ampliatur, ut procedat, uideli-
117 cet, nam habemus, † quod tam contra ciuiliter possidentem, quàm
naturaliter, competit rei uendicatio, l. officium, ff. de rei uendi.
ponamus, quod actum sit contra unum tanquam ciuiliter possiden-
tem, & non sit is qui constituit usumfructum, & lata sit sententia
118 super ciuili possessione pro conuento, † hæc enim sententia præiu-
dicat naturaliter possidenti ex Inno. in d. c. quamuis, nu. iiii. nam
satis est, ut præiudicet inquit Inno. ibi quod sciuerit tale iudicium
tractari, & non impedierit, idemque dicit in patrono ad quem primo
spectabat defensio liberti, & deinde ad libertum. ¶ Septuagesimose-
119 xto ampliatur, ut procedat, † uidelicet habetur, quod si sententia sit
lata contra mortuum, remanet absque appellatione inefficax. l. pau-
lus, ff. quæ sententiæ sine appel. resci. in casu tamẽ libertatis, & ecclesiæ
afficit successorem, & ei prodest, licet lata fuerit contra mortuum,
uel per mortuũ ex Bald. in. l. unica, §. in primo, in fin. de cadu.
tollen. &c. ¶ Prædictis omnibus, & singulis casibus sententia, ex de-
fectibus particulariter assignatis, licet ualere non deberet, nihilomi-
nus uires aquirit, easque retinet, aliquando semper, quandoque quous-
que per appellationem, uel in integrum restitutionem contingat eã
reuocari sicut in locis annotatis, & in allegatis in ipsis, uideri po-
test, cum autem esset multum expediens ei, contra quem lata fuisset
sententia, quod non ualeret, uel saltem ei, non esset necesse medio
appellationis, seu restitutionis in integrum, illius quærere reuoca-
tionem, opportunum erit pro tali, cui sit iudex contrarius
quærere cautelas, quibus sententia remaneat nulla, seu nullius sit ua-
1. lidicatis ¶ Prima igitur sit cautela, ut animaduertat timens sententiã
caute- in contrarium, an tempus sit præfixum instãtiæ, & tunc non oppo-
la. nat expressæ, si uidet esse lapsum tempus, sed per uerba generalia,
quoniam si exinde iudex sententiabit, sententia erit nulla, † quia
120 sententia non ualet, nisi præcedant acta solennia ad sententiam, l. pro-
latam, de sententiis, † sed perempta instantia pereunt omnia acta per-
121 tinentia ad ordinem. l. cum lite. ff. de iudi. sol. hæc cautela elicitur
ex his, quæ dicit Bart. in. l. properandum §. i. nu. 6. C. de iudi.

Secunda cautela est, ut is, qui habuit sententiam contrariam, inspi- II.
ciat, cum absolutus fuerit reus, si in condemnatione expensarum, caute
sit omissum uerbum condemnamus, ita, ut subaudiri debeat, ut ali la.
qui iudices faciunt, qui quærunt in sententiis breuissimé loqui, † si 122
enim sic dictum fuerit, sciat sententiam in condemnatione expensa-
rum esse nullam ex Bart. in. l. si preses. C. de sententiis. Tertia cau
tela é, ut quãdo contra te sit lata snia, & prouenit a' iudice delegato III.
si sibi a' principe præstitutus sit aliquis ordo tenendus, inspicias an caute
iudex seruauit ordinem, † nam si illũ præcise nõ obseruauit, sententia la.
est nulla ex Innocen. in c. cum dilecta, in fin. de rescr. Bald. in. l. 123
i. nu. i. C. de appella. Quarta é cautela, pro eo qui est bannitus, ut IIII.
animaduertat, an in ipsa sententia dictum sit, quod condemnatur caute
propter suam contumaciam, quia si hoc dictum non est, sententia la.
non ualet ex Bald. in. l. penu. C. de fidei liberta. ubi dicit, quód
quando quis condemnatur propter contumaciam, semper debet ex
primi causa, † unde inquit nota, q in sententia banni, debet expri- 124
mi causa. Quinta sit cautela, ut timens sententiam, procuret ipsam V.
publicé dari notario suo per iudicem scriptam, quia si talis iudex nõ caute
erit de illustrib. iudicibus, de quibus in. l. ii. C. de sententiis ex pe la.
ricu. recitan. † qui possunt per aliam personam recitare sententiam 125
suam, ut est tex. ibi in fin. talis sententia erit nulla, etiam quód iu-
dex diceret, ego dico, in hac mea sententia prout in hac pagina scri
pta continetur, † quoniam aliquid non dicitur legi, nisi oculis prospi 126
ciatur, ut per Bar. in. l. i. in princ. ff. de his, qui testamento dele.
ex cuius dictis Bart. Apparet quód etiam si sententia retenta in ma-
nibus, recitaretur, ut uulgariter dicitur a' mento, per iudicem, q
talis sententia esset nulla. Sexta sit cautela ad demonstrandum senten VI.
tiam nullam, quando iudex illam tulit, prout multi faciunt, uide- caute
licet condemno talem, saluis suis exceptionibus, quibus probatis la.
eũ absoluo, nam si tu condemnatus, non existimas melius probare
tuas exceptiones, quám probaueris, nitaris probare in causa de ex-
ceptionibus esse plene cognitum, † unde iudex nõ habuerit aliquam 127
causam, forte quam sibi persuaderet, uidelicet se præuentum a ter-
mino instantiæ, sic pronuntiandi, hoc enim per te ostenso, senten-
tia iudicabitur nulla, elicitur hæc cautela ex Bald. in. l. perempto-
riae, nu. xxx. C. sententiam rescin. non posse. Septima sit cautela, VII.
ut aduertas, an iudex, qui tulit sententiam pro aliquo, dixerit, eo caute
iurante, uel si iurauerit, † nam si sic partum aduertens fuerit procura- la.
tor, ut non faciat partem incontinenti iurare, tunc sententia reddi- 128
tur nulla, ex decisis per Soci. in fallentiis, fallentia, cclxix. nu. 5.
Octaua sit cautela, ut is, qui uidet libellum ineptum, opponat ge- VIII.
neraliter, quia si aduersus eum dabitur sententia, cum sit super li- caute
bello inepto, † erit ipso iure nulla, ex glo. in §. secundum, in la.
princi. insti. de obliga. quam pro notabili, & aliam talem non es- 129

se in mundo inquit Bald. in .l. actor, in fin. C. de rebus credi. Fal-
130 lentias autem super hoc, † quod etiam sententia ualeat, super libel-
IX. lo inepto uide per Soci. in fallen. 368. Nona sit cautela, ut aduer-
caute tas, quando est effectus dominus litis procurator, si est lata senten-
la. tia contra te, an ad sententiam fuit citatus tantum dominus, & non
131 procurator, † nam licet dominus possit adesse liti .l. paulus. ff. de
132 procura. † tamen citandus erat procurator ex Bart. in. l. furioso;
X. de re iudi. alias sententia est nulla ex Bart. ibi. Decima sit cautela, ut nõ
caute cures, quando desideras sententiam nullam, ratificare terminum, te
la. absente, alteri parti assignatum ad producendum, quando ex dispo
133 sitione statuti, terminus erat assignandus, alias acta erant nulla, tũ
cum assignatio fuerit facta, te absente, ratificatio tua sequens, nul-
lius est efficaciæ ad illius termini assignati approbationem, eliciturq;
hæc cautela ex his quæ dicit Specul. in tit. de dila. § nunc uideamus,
XI. uers. sed pone. Vndecima sit cautela pro eo contra quem lata est sen
caute tentia, ut diligenter inquirat, an literæ delegationis causæ sint, seu
la. reperiantur falsæ, † quia tunc poterit sententiam dicere nullam. c. su
134 per eo, de crimi. fals. & talis sententia quandocunque poterit retra
ctari, ut est glo. ibi in uerb. falsarum, & hæc exceptio nullitatis, e-
tiam á mero executore erit audienda, ut per Abb. ibi in primo nota
XII Duodecima cautela sit pro eo contra quem est sententiatum, ut in-
caute quirat, an iudex unquam fuerit publicé excommunicatus, nam tũc
la. si hoc doceat, † sententia est nulla ex glo. in c. suscitatus, in uerb.
135 infamem, de re iudi. quæ allegat. c. exceptionem, de exce. & c. ad
XIII. probandum, de re iudi. Decimatertia cautela sit pro eo contra quẽ
caute est sententiatum, ut inspiciat, an iudex in litera delegationis, fue-
la. rit datus ad id, super quo iudicauit, † quia si non sic datus sit, sentẽ-
136 tia est nulla. l. l. C. si á non cõpeten. iudi. c. cum olim, de rescri.
XIIII. Decimaquarta sit cautela, ut reputetur sententia nulla, quando lata
caute sit sententia tantum, ab uno, uel pluribus iudicibus, sed non ab o-
la. mnibus, qui iudices in dicta causa reperiebantur, nam si non sumus
in casibus exceptis; de quibus per Specula. in titu. de sententia. § se
137 quitur, num. ii. † Tunc sententia est nulla ex Specula. in d. loco.
XV. Decimaquinta sit cautela pro condemnato, ut aduertat an aduersa-
caute rius ordinem clericatus habuerit, & consenserit sine licentia episco
la. pi litigare coram iudice seculari; † quia tunc non tantum sententia
138 est nulla c. si diligenti, de foro compe. Sed etiam quando causa erat
139 propria clerici, † perdit rem ipsam circa quam lis uertebatur, & talis
XVI. res parti aduersæ datur, ut est glo. in d. c. in uerb. perdant. Deci-
cau. masexta sit cautela, in sententia ad fauorem priuati lata contra fis-
140 cum, † nam si in huius prolatione, aduocatus fisci non fuit citatus
XVII ad quod forte pauci aduertunt, sententia est nulla. l. si fiscus. ff. de
cau. iur. fisc. & l. fin. & ibi glo. C. de aduo. fisc. Decimaseptima sit
141 cautela in sententia lata aduersus filiumfamilias; † nam si talis filius

in iudicio

in iudicio interuenit sine licentia, seu consensu patris, sententia est
ipso iure nulla. l. cum non solum §. necessitate, C. de bonis qui lib.
Hæc tamen cautela non succurrit in criminalibus, † in his enim filius
familias sine patris consensu interuenire potest ex Hipp. de Marsi. 142
in prati. sua, in §. expedita, nu. lxxxii. † non succurrit etiam quan 143
do imploratur officium iudicis ex eodem in §. opportune, nu. lxxii.
Decimaoctaua sit cautela, pro eo, qui est infirmus, ut mittat excusa 18.
torem, qui notificet iudici eum esse infirmum, petatque terminum cau.
ad id docendum, quoniam si terminus non assignetur, uel assigne
tur, & probetur excusatio, hoc tamen non obstante, iudex pro
cesserit, & contra eum, qui sic se excusauit, tulit sententiam, † sen 144
tentia erit nulla, ita habetur ex Bart. in. l. quæsitum. ff. de re iud.
Decimanona sit cautela, ut aduertatur per hæredem contra quem XIX.
proceditur ad executionem sententiæ, an tempore, quo fuit lata, is cau.
cuius ipse est hæres, erat mortuus, † quia licet sententia ualeat pro 145
mortuo, ut est glo. in. l. Neratius. ff. de reg. iur. † contra eum 146
tamen non ualet ex Bart. in. l. si quis ex edicto. ff. de re iudic. &
ex tex. in. l. penu. ff. qui sententiæ sine appe. rescin. Vigesima sit XX.
cautela, ut quando dubitas te non obtinere causam, medio tertiæ cau.
personæ procures, quod aduersarius, uel aduocato tuo, uel procu
ratori, donet aliquid, ad hoc, ut non se gerat in negocio, sicut
debitum patrocinii promissi expostulat, facile erit enim, quod mu
nus, immemor salutis æternæ, aliquis illorum acceptet, hocque si
contingat, tu fingas id ignorare, sed quam primum aduersus te lata
fuerit sententia dimisso tali litis patrocinatore, hoc quod factum fuit
quæras probare, † quoniam si hic probaueris tenebitur iudex appel 147
lationis pronuntiare sententiam nullam, per tex. in. l. i. C. de pe.
iudi. qui male iudi. Vigesimaprima sit cautela, ut tu, qui defendis XXI.
pupillum, uel adultum non cures, quod uni detur tutor, & alteri cu cau.
rator, uel si dabuntur diligenter aduerte, an secundum formam iu
ris communis, uel statuti in hoc uigentis fuerint dati, quoniam si si
ne auctoritate istorum, legitimé constitutorum, huiusmodi perso
næ fuerint in iudicio, † & sententia aduersus ipsos fuerit lata, talis 148
sententia habebitur & pronunciabitur nulla ex tex. in. l. i. & ii.
C. qui legiti. perso. stan. in iu. Vigesimasecunda sit cautela, ut is XXII.
qui condemnatus fuit inspiciat in actis, † an ipse fuit in iudicio ex cau.
se, uel medio procuratoris, quoniam si medio procuratoris semper 149
fuit in iudicio, & ipse, & non procurator sit condemnatus, † talis 150
sententia erit ipso iure nulla ex tex. in. l. i. C. de sententiis, & in
terlo. omnium iudi. Vigesimatertia sit cautela, ut postquam contra 23.
te est lata sententia, & in fauorem unius, qui ante sententiam fuit cau.
publicé excommunicatus, quæras probare, quod de tali publica
excommunicatione iudex habebat noticiá, † hoc enim probato sen 151
tentia remanet ipso iure nulla. c. pia. in fin. de exce. in. 6. Vigesi

24. maquarta ſit cautela, ut cum uides aduerſus clientulum tuum
cau. ſententiam latam fuiſſe, ſi is reperitur eſſe homo modici ſalis, ita ut
ſtultus eſſe uideatur quæras i appellatione probare ipſum tempore
ſententiæ fuiſſe furioſum, quod facilitèr probabis, ſi clientulus tuus
timens ſententiam uenire cōtra ſe illo tēpore, data opera præſētibus
teſtibus cæperit fatuè, loqui, lapides, & panem proiicere, abſque
152 propoſito homines percutere, † ex his enim actibus inducitur præſum-
ptiua furoris probatio, quæ in tali re reputatur concludens proba-
tio, ut inquit Alex. in conſ. cxli. redemptoris noſtri, col. iii. uol.
primo, hoc autem ſi probabitur contigiſſe in caſu, de quo ſupra,
153 † ſententia remanebit nulla. l. furioſo. ff. de re iudi: ſed id uerum,
ſi non cum patre eius, ſi patrem habebat, uel cum eius curatore iudi
XXV. cium tractatum fuerit. l. fin. C. de cura. fur. Vigeſimaquinta ſit
cau. cautela, ut tu pupillus. uel adultus, cui tutor, uel curator, non ca-
uit pro eorum officio, non dubitas ſententiam tibi efficere; quan-
154 do contra te lata fuiſſet, † quoniam hic ſolus defectus cautionis ceſ-
ſantis, dictam ſententiam reddit ipſo iure nullā. l. ſi tutor tuus. C.
26. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ. Vigeſimaſexta ſit cau-
cau. tela, ut quando agis contra aliquem, coram debito iudice, & ipſe
reus te reconuenire uellit, coram alio excipias, quod ad diuerſa lo-
155 ca trahi non debes, † nam ſi hæc exceptio audita non fuerit, poteris
appellare, quodque aduerſus tuam exceptionem factum fuerit, non
ualebit, & non tenebit ex glo. in c. fin. in uerb. ad diuerſa loca,
27. de reſcri. Vigeſimaſeptima ſit cautela, quando times ſententiam
cau. aduerſus te ferri, & iudex qui plura loca poterat eligere pro ſuo tri-
bunali, elegit unum locum, cum aduerſario, ſemotis teſtibus, dicas
deſidero expeditionem cauſæ, etiam ſi dominus iudex, uult expe-
156 dire cauſam in loco non electi tribunalis, ſum contentus, † nam ſi
hoc quód ſis contentus non appareat in actis, nec poſsit teſtibus pro
bari, & iudex crediderit aſſertioni aduerſariis ibi referentis tuam
uoluntatem, ſententia ibi lata erit nulla. l. ſi ut proponis. C. quo. &
28. quando iudex, & ibi Bald. & Salic. Vigeſimaoctaua ſit cautela,
cau. & pro nunc ultima, ut cum dubites eſſe i manu iniuſti iudicis, a quo
157 cunque grauamine per eum tibi illato appelles, † quoniam quicquid
158 ex poſt factum fuerit, erit nullum. c. ad audientiam, de appel. † &
nota quód intelligetur per te appellatum fuiſſe, etiam q nō dixeris
appello, ſed alia uerba ſimilia, dummodo tamē petas Apoſtolos, ita
Phi. Fran. in d. c. ad audientiam, col. I.

QVINTO quæro, an iudex, inuitis partibus poſsit petere cō-
1 ſilium ſapientis, † de hoc eſt glo. quód poſsit in. l. ii. in uerſ.
deliberationem. C. de ſententiis ex peri. recitan. aliam glo-
ſam habemus in c. ut debitus, de appel. in uerſ. ex rationali, ibi
habita collatione ſapientum, hoc idem ſentire uidetur Bart. in. l.

postulauerit, num. ii. ff. de adulte. dum dicit quod quando iudex est dubius, si deliberat quærere consilium sapientis, † illud consiliũ 2
esse communibus expensis partium soluendum, uidetur de hoc re etiam esse textum in. l. qualem. ff. de arbit. Vbi uult iurisconsultus, quod in libertate arbitri sit, † dicere qualem sibi sententiam uisum fuerit, 3
ex quo sequitur quod si uult dicere sententiam secundum quod crediderit aliquis a quem pro consilio, seu consultore elegisset, quod non possit prohiberi, facit glo. in. l. 1. § quæsitum est. ff. de appella. ibi quo respondet alicui iudici consulenti ad aliquam quæstionem &c. ¶ Limita tamen prædictam conclusionem, duobis modis secundum Imo. in d. l. 1. in § quæsitum, in glo. primo, ut dicta conclusio procedat, quando iudex uult quærere consilium, super dubio iuris, † non autem super dubio facti, secunda limitatio, ut nõ 4
possit etiam iudex quærere consilium super dubio iuris, † quando 5
fingit dubitare, & uult consulere, ut se exoneret, & euitet odium partium, cum prædictis igitur duabus limitationibus firmiter est tenenda præcedens conclusio, uidelicet. quod iudex possit quærere consilium sapientis inuitis partibus, quam firmat et Philip. Francini c. ut debitus, in glo. ex rationabili, & in c. intimasti, eod. titu. in prin. & Ang. in. l. 1. C. de rela.

SEXTO quæro, quando committitur quæstio consulenda sapienti, cuius expensis debeat committi, Bart. ponit hanc quæstionem in. l. si postulauerit, num. ii. ff. ad legem iuliam, de adulte. & ita respondet, quod, aut iudex sentiebat pro una parte, & alia pars petit consilium sapientis, & tunc dicit, quod debet committi expensis illius tantum, qui petit consilium, quoniam ille solus, præbet occasionem huic commissioni. Aut iudex uisis allegationibus utriusque partis, dubitat super quæstione, & tunc si quæstionem committit consulendam sapienti, debet fieri expensis communibus, quoniam utraque pars præbet occasionem. commissioni, & ita se firmat Bar. Ego credo Bartolum dicere ueritatem utroque casu, sed utroque casu falsam esse rationem, qua ipse mouetur, primo casu, quia quod iudex magis sentiret pro una parte, quam pro alia, hoc non est consonum, quod dicat, uel publicet, † cum iudices sibiipsis prius, & non aliis sententias põderatas forment easque deinde emendatas sequuta fidelitate in libellum conferunt, scriptasque partibus legunt. l. ii. C. de sententiis ex per. recitan. Si igitur iudex tacet, quod iudicare intendit, nec hoc perueniat ad partis noticiam, nisi cum publicatur sententia, quomodo dici põt, quod iudex sentiret pro una parte, potius dicendum est, quod si altera partium dubitaret iudicem contra se laturum sententiam, & peteret consilium sapientis, quod eius expensis esset committendum, quia præbet occasionem tali commissioni, secundo casu non uidetur etiam 8

quod, quia dubius fit iudex, quo'd utraque pars teneatur ad expensas consilii, quia præbuerunt ipsi occasionem huic, quoniam imo magis est iudex, qui professus est scientiam, cuius non habet ucrã
2 noticiam, † de qua re obiurgatum fuisse Seruium a' Quinto Mucio attestatur Pomponius in . l . ii . ff . de orig . iur . potius dicendum est, si credere uolumus, quod utraque pars teneatur, illud esse, quia honestum sit, quod uterq; eorum participet in onere, ex quo utriusque interest argumento . l . sæpe, C . de errog . mili . anno. lib. xii . per quam rationem Bald . in . l . ii . iiii . col . uerf . ulterius quæ
3 rit glo . C . de eden . † dicit quod in editione actorum expensa ab utraque parte pro dimidietate est soluenda, istud enim, quod concurrat in re per consilium expedienda interesse utriusque, causat quo'd expensa diuidatur ad ratam interesse . pro quo facit tex . in . l. sed & loci §. i. uerf. sed & si mesor . ff . fin . reg . ibi in partem merce
4 dis . † sed si unus tantum interfit tunc ipse solus, sumptibus satisfacere debet, l . prætor, in fin . ff . de eden . Vnde crederem, quod si dubius est iudex, ut multoties contingit, etiam doctissimis uiris, in rebus arduis, & difficultate plenis, uel aperit partibus se non ad sui animi plenam satisfactionem esse resolutum in, req; ipsa alterius consilium cupere, & tunc, aut partes aquiescunt huic desiderio, & hoc casu, ex quo tractatur de utriusque interesse, expensa pro dimidio fieri debet argumento, d . l . sæpe, aut reus non aquiescit imo dicit mihi placet iudicem remanere dubium, ita ut priusquã se resol uat labatur instantia, quoniam reorum est fugere . l . inter stipulantem §. si stichum, ff . de uerb . obliga, cumq; pertineat ad actorem
5 ut res iudicet, † ideo si instantia labitur, ad sui damnum perit ita ut, exinde remaneat solum officium iudicis ad condemnandum dictum actorem in expensis, ut per Bar . in . l . properandum, in §. procul dubio, in fin . C . de iudi. Aut iudex non aliter dicit se in causa dubium esse, sed imo seipsum paratum offert, si de re expedienda sibi fiet instantia, & tunc, aut quilibet contendentium dubitat succumbere, atq; insimul conueniunt, quod iudex expediat causam ad consilium sapientis, & tunc expensa fiet pro dimidio ratione, de qua supra, aut altera partium dubitat, & petit consilium sapientis, & hoc casu
6 † iustum est, quod ipse solus petens consilium sapientis faciat expensam sicut censuit Io . And . in addi . ad Specul . in titu . de ass . in §. salarium, uerf . quid si alter . Ad quod facit, quod dicit Bart . in . l. iii.
7 in §. defendi . in fin . ff . quibus ex ca . in po . ca . † Vbi uult, quod quandoaliquid est expedendum ex causa absentis, quod talis expensa fiat ad eius damnum, quia dicit non esse equum, quod per absentiam absentis debeat fieri deterior conditio præsentis . Aduertiq; debet, quod non semper, quando in aliqua re tractatur de interesse
8 utriusque partis, expensa est fienda communibus expensis, † nam si contingat testes examinari qui iurauerint dicere ueritatem super to-

ta cauſa, ſeu pro utraque parte, nihilominus ad eorum ſumptus te-
netur is, qui eos produxit, & non altera pars. l. quoniam, C. de
teſti. ubi eſt textus dicens hoc procedere, tam in cauſa pecunaria,
quám criminali, ſatis enim eſt, quod de alterius partis intereſſe prin
cipaliter non tractetur, unde eodem modo uidemus, quod licet al-
tera pars det interrogatoria ſuper quibus uellit teſtes productos e-
xaminari, † non tamen ad ſumptus teſtis examinandi tenetur ex de 9
ciſis per Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de teſte, in §. qualiter
autem, col. 5. uerſ. teſtes autem exhibendi, ſed etiam ſi eſſemus
in caſu quo principaliter de intereſſe utriuſque tractaretur, tamé o-
nus expenſæ pro dimidietate diuidi non deberet, † ſed ad ratam qui 10
libet ad expenſum, ſeu expẽdendum teneretur glo: eſt, in c. cum
pro cauſa, in uerſ. propter hoc, in prin. de procur. quæ allegat tex.
in. l. ex parte, ff. fami. herciſ. & in. l. ſi cõmunes. ff. de neg. geſ.
unumquẽ eſt, quod ſi cogor cauſa, uel ad beneficium alicuius expen
dere, † ab eo mihi de ſumptibus neceſſariis eſt prouidendum. l. cum 11
Nauarchorum. C. de nauicula. lib. xi. Hinc eſt quod ſi contingit
mihi expendere in curatione damni illati á quadrupede, etiam, ꝙ
careat ſenſu. l. i. § ait prætor. ff. ſi quadru. pau. ſe. dica. † tamen 12
pro eſtimatione damni aduerſus dominum agitur, quando non de-
tur animal pro noxa. l. ex hac lege. ff. eod. titu. Videmus etiam
† quod ſi alicuius perſonæ facta eſt redemptio ad beneficium fiſci re 13
demptoribus fiſcus teneri, ex quo redemptio pertinet ad ſuum be-
neficium, reſarcire id quod eſt expenſum. l. mulier in opus. ff. de
capti. & poſtli. reuerſ. ¶ Item uidemus, † quod ſi debitor eſt cap- 14
tus propter debitum, eum is cauſa fuit huius expenſæ, quia non ſo
luit, debet ali expenſis ſuis non autem iudicis ex Bart. in. l. ſanc-
tum, in fin. ff. de rerum diui. quod dicit menti tenendum. ¶ Item
uidenmus, quod ſi mulier á marito uerberata fuit, ſi ab illo aufu-
giat, † poteſt petere ſe extra domum, per eum alimentari, quoniá 15
talis expenſæ ſic extra domum fiendæ maritus ob eius ſeuitiam cau
ſa fuit, per Bald. in. l. i. in. ii. col. C. de lega. ¶ Item uidemus in
eo, qui pro commodato ſeruum accepit, ad cibariorum impenſas
teneri, † quoniam talis ſeruus ſic cõmodatus reſpicit beneficium 16
commodatarii. l. in rebus § poſſunt. ff. commo. ¶ Idem dici-
mus de eo qui dedit cibaria illi á quo recepit ſeruitia, ut uidelicet
cum ſeruitia fuerint ad eius beneficium, † onus cibariorum debité e- 17
tiam illi ſpectauerint. l. item ſi ſerui §. fin. ff. de edil. edict. præci-
pué enim aduertendum eſt an ex re, in qua quis expendit, ex illa
pro tempore currentis expenſæ fructus perceperit, his enim caſi-
bus quoniam expenſa tendit ad eius beneficium, † debuit quoque 18
ut debitor talis expenſæ reputari. l. diuortio § impédia. ff. ſolut.
mat.

EPTIMO quæro, an a' sententia lata secundum consilium
S sapientis posist appellari, si dicta sententia sit lata in causa, quæ
fuit per iudicem de consensu partium alicui ad respondendum
1 ex eius consilio commissa, † quod posist appellari, habemus textũ
clarum, in. l. ex consensu, in princ. ff. de appella. ad idem est tex.
in c. causam quæ, & ibi glo. in uerb. speciem. ff. de sententia, &
re iudi. nam consensus partium, ut ibi dicit glo. non facit quod ma
gis ualeat sententia, uel non ualeat, † censendum enim est mentem
2 consentientiũ fuisse, quia existimauerint talem sapientem rectè cõ
sulturum, & non aliter uelle consentire nisi iustè, & secundum ius
responsum fuerit. l. si libertus, la secunda. ff. de ope. liber. c. quim
tauallis, de iurium, alias uisum fuisset illis placere, quod uiro bono
3 placere non debet, † quod non est dicendum. l. thais §. sorore. ff.
de fid. lib. Hocq; quod posist appellari sic est uerum, ut amplietur
procedere, & si partes consenserunt, ut feratur sententia secundum
consilium latum, uel ferendum, quia potest esse, quod hoc consen
4 tiunt, † sed putantes obtinere in causa appellationis ex nouis proba
tionibus ad decisa per Bart. in. l. si conuenerit, in fin. ff. de re iu.
5 secundo ampliatur prædicta conclusio, ut procedat, † etiam si per
uiam compromissi interuenerit talis consensus. c. fin. de re iudic.
ibi, quod si ex compromisso neutra debet habere uigorem, tertio
6 ampliatur, ut procedat, † etiam si iudex requiritur ab utraque parte
ut secundum formam consilii sententiam ferat, de quo tamen con
silio partes non habuerint noticiam puta forte', quia iudici clausum
fuerit traditum per d. Catal. in tra. de sindi. nu. 167. allegante do
minum Io. And. in c. fin. de maio. & obedi. idque tribus rationi
7 bus comprobante, prima est, † quia ad ignorata non trahitur con
sensus. l. tres. ff. de pac. qui cum autoribus §. qui per fallentiam
ff. de transa, secunda ratio est, quia pars uidetur uelle, quod fera
8 tur sententia secundum formam consilii sub tacita conditione, † si
consilium illud sequi debet d. l. si libertus. ff. de oper. lib. & l. si
procurator. ff. de conditio. indebi. Tertia est ratio, quia licet par
9 tes, secundum formam consilii sententiam ferri petant, † tamen iu
dex ad petitionem partium non debet admittere, quando petitio
esset iniusta per reg. quod iuste deprecantibus non est denegandus
assensus. l. attilicimus. ff. de seruit. rusti. prædio. Imo quod est ma
gis, si iudex hoc casu sequeretur consilium, consiliumque illud es
set iniquum, lataque sententia, is contra quem lata fuit, contradice
ret, posset iudex tempore sindicatus conueniri, non obstante excu
satione consilii sequuti ex Bart. in d. l. si conuenerit, nu. iiii. ubi
dat cautelam assessoribus, quod in commisione faciant poni, quod
partes ex nunc consentiunt, ut secundum consilium talis sententia
feratur, quarto ampliatur, ut procedat dicta conclusio, etiam si par
10 tes haberent noticiam de forma consilii, † sed uti imperiti literarũ

ignorarent an iustum esset consilium, colligitur hæc ampliatio ex d. catal. in d. tra. num. 168. quæ præcipuæ est aduertenda, quoniam exceptis his qui in causa patrocinati sunt, qui uerisimiliter quomodo consulendum de iure erat scire debent, cæteri omnes, licet legerint consilium, cum non sit uerisimile, quod sciant qualiter iuste consulendum erat, etiam si dicant, quod feratur sententia secundū formam dicti consilii, poterunt tamen ex decisis, ut supra per Catal. in dicto loco, appellare.

OCTAVO quæro, an consultor possit uariare, & mutare opinionem suam, prima facie negatiue respondendū uidetur per textum in. l. ii. C. de sententiis ex per. reci. ibi in uers. Sed nec sic eis post hæc copia corrigendi, uel mutandi, & hoc sic uerum uidetur, ut etiam† quod non est clare expressum, non possit subintelligi ex Bar. in. l. præses. C. de sententiis, & interlo. omnium iudi. Ad hoc facit etiam textus in. l. iudex posteaquā. ff. de sententia, & re iudi. Vbi est textus,† quod quando iudex tulit sententiam nullam, habere potestatem eam corrigendi, quia siue bene, siue male eam tulit, functus est officio, probatur hæc opinio per textum in. l. i. C. sententiam rescin. non po. ibi, nec suam, nec antecessoris sui &c. Et hoc procedit siue sententia sit in causa ciuili, ut probatur in iuribus supra allegatis, siue in causa criminali. l. pœnam. C. de pœnis. †idem est si sententia sit lata ab arbitro. l. dicere, in fin. ff. de arbi. confirmatur istud ex his, quæ dicit Bald. in. l. terminato, col. i. in. ii. q. C. de fructi. & lit. ex. dicit ibi Bald. quod sic per sententiam finitum est iudicis officium,† ut etiam non possit sibi post sententiam reseruare condemnationem fructuum, nisi eodē die forte suppleat. Faciunt & decisa Bart. in. l. quod iussit, num. x. ff. de sententia, & re iudi. Vbi dicit† quod post sententiam diffinitiuam non potest reuocari per iudicem etiam interlocutoria, quia iudex est functus officio. In contrarium,† quod possit consultor mutare consilium habemus decisum per Ias. in. l. prætor ait, in § aliquādo, num. 6. ff. de noui ope. nun. ubi inter alia ex mente Ang. dicit hoc nō esse inconueniens, quia teste philosopho, noua † fantasmata quotidie generantur in nobis, hoc idem decidit Bald. in. fin §. & cum in secunda, col. fin. argumento illius tex. C. de fur. quod & uidetur sentire Bald. in c. ne innitaris. nume. 8. de constitu. ubi in huius rei probationem allegat quod Augustinus fecit librum retractationum, & quod Apostolus dixit, cum eram paruulus sapiebam ut paruulus, cum autem factus sum uir, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. Ego in hac re puto aduertendum esse, an huic consultori sit præfixum tempus ad consulendum, uel non, primo casu ad unū aliud est etiam aduertendum, an uidelicet tale tempus sit præfixum per numerum mensium, seu dierum, ut puta, quia dicat statutum

Margin numbers (right): 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7

consultor electus infra uiginti dies respondeat per eius consilium, aut dirat usque ad decimam diem sequentis mensis &c. Si terminus
8 est præfixus per numerum dierum, † tempus dicti termini incipit currere a die notificationis factæ illi, qui est electus consultor huius electionis, si uero nō sic ē præfixus, tunc semper currit, habetur hoc ꝙ est summe aduertendum per Dom. Abb. in c. de causis, num. 5, de officio deleg. cum ergo currit tempus hoc primo casu, ut dixi, attendendum est in terminis huius quæstionis, an tempus sit limitatum consultori, & iurisdictioni, & tunc quod fit extra illud tem-
9 pus, & iurisdictionem, † non ualet, l. si ut proponis præses. C. quo & quando iud. Aut tantum tempus præfixum est consultori, & non dictum fuit, ꝙ in tali loco, infra illud tempus rem terminet, & in
10 hoc casu quod fit extra illud tempus, ualet, † sed consultor punitur. l. 1. in fin. C. ut omnes iudi. tam ciuiles &c. aut tempus
11 præfixum fuit instantiæ, & tunc quod facit consultor, † finita instantia, non ualet ex Bart. in l. properandum, nu. 6. C. de iudi. aut tempus est præfixum actioni, super cuius actionis deductionem consultor habet respondere, † & in tali casu finito tempore actionis sub-
12 latum est omne ius, quod super illa actione, uel in eam deducendo, uel in eam iudicando, alter habebat. l. fin. C. de dolo. Aut termi-
13 nus præfixus est parti, † & tunc si deficit talis terminus ex causa alterius partis, non debet sibi obesse per Abb. in d. c. de causis, num. 6. Sed quādo tēpus ē præfixū iudici, seu consultori, et ꝙ dolo unius partis deficiat, nihilominus expirat iurisdictio, quoniam de hoc
14 nullum sequitur præiudicium partibus, † cum ab eo ad superiorem deuoluitur iurisdictio ex Innocen. in d. c. de causis, num. 5. Hæc tamen uera sunt nisi per partes fuisset huius temporis facta proroga-
15 tio, quæ fieri potest, nisi per statutum prohibita sit, sicut utrunque probat tex. in l. ij. § sed si iudex. ff. de iudi. & hæc prorogatio est permissa partibus, nedum de tempore ad tempus, ut in d. § sed si iudex, sed etiam de re ad rem, ut puta si data est potestas cognoscen-
16 di de tanta sūma, † poterit etiam electus ad hoc cognoscere de maiori, si sic partes conueniant. l. de qua re § iudex. ff. de iudi. Item
17 permissa est talis prorogatio de personis ad personas, † ut puta quādo aliqui omisso suo iudice, conueniunt, quod alter, habens tamen aliquam iurisdictionem ordinariam, uel delegatam, iudicet illorum differentiam. l. i. iuncta glo. ibi in uerb. iudicibus. C. de iuris o-
18 mnium iudi. quod tamen fallit in clericis, † qui etiam de consensu sui aduersarii non possunt constituere iudicem laicum. c. si diligenti, & c. significasti, de foro competen. Imo puniuntur si hoc faciāt ut habetur in dictis capitulis, notandum tamen est in terminis consultoris electi, ꝙ prædicta de prorogatione superius enarrata non
19 procedunt, † nisi consultor electus sit de his qui habēt merum imperium, & etiam habeat potestatem iudicandi ea, super quibus est ele-

ctus ad respondendum de eius consilio ex Innocen. in d. c. de causis, num. iii. His ergo casibus temporis præfixi, & prorogati, arbitror mutationem non esse permissã, siue uariationem, si contingat illam fieri postquam, uel tempus præfixum, uel prorogatum, est lapsum, & ratio est, ut supra, quia cum tempore, finitum est eius officium, sed si contingat illam non fieri post terminum lapsum, tunc crederẽ, ꝙ si non est apertum consilium per iudicem, & publicatũ, esse locum uariationi, & mutationi, rationibus de quibus per Bald. & Ias. in locis supra allegatis. Secundo casu quando non est præfixũ tempus ad respondendum de consilio, aliquo ex modis quos consideraui, tunc dico, ꝙ si consultor, transmisso consilio, priusquã aperiatur per iudicem, uellit eum mutare, cum non interuenit actus aliquis extraneus, postquam consilium recessit ex manibus suis, poterit illud mutare, † quia quæ incontinenti fiunt, ipsi rei inesse uiden- 20
tur. l. lecta. ff. si cer. pet. & incontinenti facta dicuntur, quæ fiũt, nullo actu extraneo interueniente. l. hæredes palam, in fin. ff. de testa. † alias præsumitur machinatio,§. si autem mulier, in auten. de 21
æquali. dotis, sed si ex interuallo hic consultor uoluerit mutari consilium, etiam, ꝙ hoc bona ratione faciat, non credo, ꝙ sibi permissum sit, cum ex interuallo istud non possit, nisi quando actus extraneus non interuenit iuxta d. l. hæredes palam in fine, quem actum extraneum intelligo, quando est apertum consilium,& publicatum & licet Specul. in titu. de requisi. consi. col. 7. in fin. dicat simpliciter, ꝙ etiam ex interuallo potest consultor mutare consilium si id aliqua bona ratione faciat, decipitur, ratione de qua supra, nec tex. per eum ad hoc allegatus, uidelicet, l. diui. ff. de iure patrona. hoc probat, nam si recte aduertimus ad illum textum, is cui incumbebat onus ferendæ sententiæ, scilicet uolusius mecianus, nondum tulerat sententiam, imo nec publicauit consilium, quod publicatur cũ sententia, & quod non publicauit, patet ibi, dum dicit text. Non arbitratum, se aliter respondere.

NONO, & Vltimo quæro, si testator mittat testamentum, consilio sapientis, quid de eo testamento ipse sapiens mutare poterit, glo. in. l. illa institutio, in uerb. pendere. ff. de hær. instituen. distinguit in casu quo committatur ultima uoluntas ad arbitrium tertii, ꝙ aut committitur, factum, ut si dicatur lego centum cuicunque dixerit ticius. Aut committitur id quod est de iure, ut si dicatur uolo te notarium ita scribere, sicut dixerit aliquis sapiẽs, quo magis debeat ualere, & tenere ea quæ reliqui in testamento, primo casu uult glosa, ꝙ dispositio testatoris non ualeat, secundo casu, secus, unde licet glosa ibi non tangat punctaliter quæstionem, tamen ex sensu suæ decisionis colligitur id quod potest pertinere ad decisionem præsentis articuli, ut uidelicet dicamus, si committitur

uolo notarium scribere sicut dixerit aliquis sapiens

factum simpliciter non poterit aliquid sapiens mutare, cum dispositio ex seipsa non ualeat, si uero committitur ad consilium sapientis de iure ea, quæ ordinauit testator, ut supra &c. cum dispositio ualeat, uidetur sentire glosa, ꝙ poterit sapiens mutare ea quæ non sic faciunt ualere disposita in modo quo magis ualidius ualeant, Iac. de Aren. ut refert Bar. in d. l. illa institutio, non recedendo a' decisis per glo. ibi, quærit, quæ sint ea quæ magis faciunt ualere disposita per testatorē, & hoc exemplificat in duobus casibus, uno, quādo præ cessisset testamentum continens clausulam derrogatoriam, nam dicit, ꝙ tunc poterit sapiens addere in secundo testamento clausulam, non obstante illo testamento in quo reperitur dicta clausula derrogatoria, alio casu ponit exemplum, quando testator reliquisset certum quid filie, dicit enim, ꝙ tunc poterit addere testator clausulā, iure institutiōnis, Ioan. Andr. in tit. de instrum. edi. in § instrumentum ergo publicum, col. 7. in uers. ibi, & in precedenti. l. si mandato,

1 dicit in proposito huius quæstionis, † ꝙ in ultimis uoluntatibus, & fortius in contractibus, qui magis possunt conferri in alterius arbitrio, poterit sapiens supplere de consuetis, licet non dictis, & ita dicit intelligi, quod notatur in. l. ex ea parte, ff. de uerbo. oblig.

2 † & quanquā consueta ueniant, etiam sine clausula, de sapiente. l. ꝙ si nolit § assidua. ff. de edil. edic. tamen respondet, ꝙ hoc additur

3 in dubitationem tollendam, † quoniam quæ dubitationis tollendæ causa in contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. l. qui. mutuam. ff. manda. & in hoc dicit potestatem sapientis restringi, uidelicet, in consuetis, & etiam in naturalibus, secus in substantia-

4 libus, quoniam substantialia sic a' principio insunt contractibus, † ut sine illis contractus uitientur. l. testamentum. C. de testa. & ita se firmat Ioan. And. mixtim resoluendo hunc articulum, uidelicet, ut idem dicamus in ultima uoluntate, quo'd in contractibus, & econtra, quam distinctionem sequitur Bar. in d. l. illa institutio, col. ii. & fin. Bald. in. l. captatorias, uers. quinto oppono. C. de testamento mili. tenet, ꝙ, aut, ꝙ sapiens adicit, est omnino per testato rem omissum, aut est implicitum, primo casu, dicit, ꝙ sapiens nihil facere poterit, sed secundo casu bene erit illi permissum, quod

5 est implicitum sub expresso declarare, † quoniam non nouam rem facit, qui apertius rem exponit. l. adeo. § cum quid. ff. de aquirend. rerum domino, Imol. in d. l. illa institutio, col. iiii. inquit, quod dummodo non mutetur substantia facti, tunc in casu talis clausulæ, esse in potestate sapientis præmittere præmittenda, & postponere,

,, postponenda. Hæc opinio Imole uidetur esse magis communis, cum,

,, in effectu glo, in d. l. illa institutio, Iaco. Butr. Bart. Ang. & Io. And. licet diuersis uerbis in locis supra allegatis, & ibi relatis, hoc in effectu sentire demonstrant. Ego uero considero, ꝙ quando ulti-

6 ma uoluntas confertur in alterius simplicem uoluntatem, † talis ul-

tima uoluntas non ualet quoniam est captatoria. l. nonnunquã. ff. de condi. & demonstr. id est collata ad secreta alienæ uoluntatis. l. captorias. ff. de hæredi. insti. quod quidem lex non patitur, cum imo, ut Constantinus in. l. i. C. de sacrosan. eccle. disposuit, nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ uoluntatis, postquam iam aliud uelle non possunt, liber sit stillus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium; nec credit lex, id quod est collatum in alterius uoluntatem, accommodetur, nec uerbis, nec uoluntati defuncti, l. si ancillas iuncta, l. captatoriæ ibi proximé sequenti, ff. de leg. i. Hoc præmisso, dico, † q ex quo uoluntas incerta 7
potest declarari per relationem ad aliam uoluntatem, l. asse toto. ff. de hære. instit. † Propterea si testamentum mittetur ad consilium 8
sapientis, hoc sic dispositum, non est aliud dicere, nisi quód in quibus partibus uoluntas non esset clara, seu sicut ualidiori modo exprimi debuerat, declararetur, & exprimeretur arbitrio boni uiri, cum uerbum, uidetur, uerbum consilium sapientis, uerbum arbi- 9
trium, & alia uerba huiusmodi importent arbitrium boni uiri iuxta ea quæ dicit Bart. in. l. si sic, ff. de leg. i. per consequens dici potest, q hic sapiens poterit addere, & mutare quicquid addendũ, & mutandum existimare deberet is qui iudicaret aliquid arbitrio boni uiri, unde si præcessit testamentum in quo fuerint uerba derrogatoria, debebit posse sapiens addere, non obstante tali testamento in quo talia uerba &c. Quod censuit Iac. But. supra per me relatus, & licet Bart. in d. l. illa institutio teneat contrarium, dicendo † o- 10
portere testatorem primæ uoluntatis specialiter pœnitere per. l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. iii. Respondeo quod præsupposito, q secundum testamentum in se contineat ea omnia, quæ requiruntur ad eius ualiditatem præter clausulam derrogatoriam, sequitur quod consilium sapientis in alio non poterat prodesse, nisi in addendo clausulam derrogatoriam, ideo perinde est, † ac si dictus 11
testator per dicta uerba, mittatur ad consilium sapientis, specialiter dixisset, qui sapiens in hoc testamento addat clausulam derrogatoriam, per tex, iuncta glo. in. l. prætor ait, in §. i. in uerb. expressũ, ff. de noui. ope. nun. Vbi tacitum pro expresso reputatur, quando ex dicto tacito sequitur necessarium expressum, per quem textum, & glosam Rom. in cons. cclxxi. col. fi. dicit, q illud habetur pro specialiter expresso, quod in oratione tacité concluditur, nec dicat aliquis non esse uerisimile, q testator id senserit, cum si uolebat addi per sapientem dictam clausulam derrogatoriam, & ipse hoc facere poterat, quia respondeo q aliquando fiunt testamenta, & in eis dicitur, quód non intendit testator illi testamento derrogare, nisi dixerit talia, & talia uerba, & potest esse, quód quando facit secundum testamentum, est sic ab instantaneo periculo mortis præuentus, ut non sit memor tenoris uerborum existentium in dicto primo te

ſtamento, unde non mirum eſt, ſi dicat quod ſuum teſtamentum
mittatur ad conſilium ſapientis, ita ut uellit neceſſario inferre, ut ip
ſe ſapiens apponat clauſulam derrogatoriam, qui commodius uttq;
primo teſtamento, poterit dictam clauſulam addere prout addenda
12 erit, quod eſt uerum, & procedit, † quando plura teſtamenta præ-
ceſſerunt hunc ultimum teſtamentum, ex his, quæ dicit Bart. in l.
nominantim, ff. de liber. & poſthu. Item ſi teſtator, reliquit in
ſuo teſtamento filiæ centum, addendo dictam clauſulam, ꝙ mitta-
tur teſtamentum conſilio ſapientis, poterit addere iſte ſapiens clau-
ſulam, iure inſtitutionis, quia quod una uoluntas non poſsit decla-
ri per relationem ad aliam uoluntatem, illud eſt ut inquit Imol. in
d. l. illa inſtitutio, col. iiii. quia cum refertur ad uoluntatem alte-
rius, quám diſponentis, talis uoluntas eſt captatoria, ſed in caſu no-
ſtro hoc dici non poteſt, cum illud á lege habeatur pro captatoria
uoluntate, quando credit. quod uoluntas tertii non accommodetur
uoluntati, nec uerbis defuncti, d. l. ſi ancillas, & l. captatorie. ff.
de leg. i. Sed hic, hoc non debet lex credere, cum ſapiens teneatur
addere teſtamento ex arbitrio boni uiri, ut dixi, quod arbitrium in
uoluntate defuncti fuiſſe præſumitur, l. hæredes mei. § cum ita, ff. ad
treb. Nec obſtat, ꝙ ab hoc diſentiens, dicit Bar. in l. illa inſtitutio, ut
quod fruſtra éſſet diſpoſitum per § aliud quoq; capitulũ in auten. ut
cum, de appel. cogno. quod nominati debet fieri inſtitutio, quia ſatis
dicitur nominatim ex quo; ut dixi clauſula. Ad conſilium ſapientis
habet uim ſpecialis expreſsionis, & quanquam in hoc paſſu
uarié reſponſum ſit per ſcribentes, tamen magis decens eſſe uidetur,
13 quod ſapiens poſsit addere, iure inſtitutionis, maximé, † cum in du
bio tenenda ſit illa opinio quæ fauet teſtamento ex his quæ habẽtur,
in l. ſi pars, in princi. de inoffi. teſtamento, & in c. fi. de re iudi.
& ꝙ ſit equior hæc opinio atteſtatur Imol. in d. l. illa inſtitutio. iiii.
col. & quod ſeruetur de facto affirmat Io. And. in addi. Specu. in
loco ſupraallegato, & tanto magis, hæc procederent, quando præ
dictum legatum in piam cauſam fuiſſet factum, quia nedum legatũ
particulare, uerum ſi omnia bona uoluiſſet diſtribui in pias cauſas,
& abſque aliqua inſtitutione hæredis, dixiſſet ego committo tali uo-
14 luntatem meam, teſtatus diceretur decedere, † & in libertate illius, cui
commiſſa eſſet uoluntas, remaneret defuncti bona in pias cauſas di-
ſtribuere per Innocen. in c. cum tibi, de teſta, per Bart. in l. theo
pompus, nu. 6. ff. de dote prælega. quinimo, etiam ſi non in piam
cauſam eſſet commiſſa uoluntas, nec cum clauſula ad conſilium ſapiẽ
tis, ſed puta legatum fuiſſet factum ſimpliciter declarandum ex aſ-
ſertione legatarii, & ſic ex mera uoluntate, ualeret iſtud, etiam, ꝙ
captatoria diſpoſitio uideatur, ut ſi teſtator reliquiſſet dotem uxori
ſuæ, uolueritque de eius quantitate ſtari ſimplici uerbo dictæ uxo-
15 ris, † quando aſſertio ſit uerisimilis ſuper quantitate dotis, inſpectis

facultatibus

facultatibus, & qualitatibus uiri, & uxoris ex decisis per Imol. in. l.
captatorias. col. 6. de hære. instituen. Ampliatur etiã hoc q sonat
in captatoriam dispositionẽ, ualere, licet legatum nõ fuerit factum ex
causa pia, sed ex quacunque alia causa dispositio fuerit collata in se-
cretum alterius uoluntatis, ut puta si testator dixisset uolo solui om
nibus debentibus a me aliquid recipere, & de hoc stetur assertioni
fratris mei, † nam si aliquibus legitimis præsumptionibus. præsumi 16
tur uerum id quod asserit dictus frater testatoris, talis dispositio, nõ
obstante q sit captatoria, ualet, & tenet per Bar. in d. l. theopom
pus, nu. iiii. † Valebit etiam talis uoluntas captatoria si tacitẽ in alte 17
rius uoluntatem fuerit dispositio collata, puta si dictum sit. Ego in
stituo Sempronium hæredem si Ticius capitolium ascenderit. l. si
quis Sempronium. ff. de hære instituen. tunc enim non dicimur es
se in uoluntate captatoria expressa, sed relatim. De cuius ratione, &
differentia uidendus est Bart. in d. l. si quis Sempronium. Item ua-
lebit hæc dispositio captatoria etiam in casu institutionis, † quando 18
puta testator dixisset. Instituo pauperes eligendos per guardianum
fratrum minorum, quoniam tunc non confertur substantia institu-
tionis in tertium, sed certarum personarum electioni committitur,
ita inquit Bart. in. l. captatorias. ff. de hære. instituen. † Item ua- 19
lebit hæc captatoria uoluntas fauore libertatis, ut licet datio liberta
tis sit collata in uoluntate alicuius talis, datio teneat, imo taliter te-
net, q si nõ fiat q erat fiendum defectu eius a cuius uoluntatẽ depen-
debat factum nihilo minus libertati habendæ est locus. l. fideicom
missaria libertas, in fi. ff. de fideico. liberta.

RITII MERLI APOLOGIA
Homalotetica, de consiliariis.

SEQVITVR Tertia pars principalis, in
qua d consiliariis intendo tractare. Primo
igitur quæro, qui sint isti consiliarii. Ad
quod respondeo secũdum glosam in rub.
C. de decurio, lib. x. esse illos, † qui pro 1
consiliis eliguntur, hoc est quorum offi-
cium est deputatum, ut consilium præ-
stet sicut ibi glo. dicit, q consiliarii ciui
tatum decuriones dicuntur, quia decu-
rio pro consiliis eligebatur, † hoc autem 2
nomen non tantum, conuenire censeo cõsiliũ præstantibus ciuitati,
sed etiam illi qui præstat consilium iudici. l. consiliarios, iuncta
glo. quæ ibi exponit, idest assessores, C. de assess. Item & illis con-
uenire dicendum est, † qui consiliis & consistorio principis intersũt 3
l. quisquis, in princi. C. ad leg. iuliam maie. per quem textum Ias.

an docter teneatur
Sequi consilium
contra de Hyppol.
Riminal. in §
pactus ne peteret
in l. si unus ff. de
pact. an. 79 fo. 3

de consiliarijs

4 in . l . i . nu . x . ff . de offi . cius cui mand . est iur . dicit , † q consiliarii pricinpum sunt illustres , idem q dixit Roch . in c . nouit . ultimo nota . de iudi. Dicemus igitur , q siue quis deputetur ad consilium ciuitatis , siue principis , siue iudicis , nomen consiliarii r. tinebit . uerum de consiliarus ciuitatis , & principis magis erit sermo
5 noster , ut de his qui maiora pertractant , † quibusque summa reipublicæ commissa intelligitur . l . municipes , ff . ad munici . ita , ut
6 quando ad huiusmodi officium assumpti sunt , † no possint extra locum magistratus uagari , l . ii , C . de aduo . diuersorum iudi. Quod tamen consilium non semper ad particulares restringitur , sed multoties autoritate consilij præstandi , saltem ut ualeat , & exequatur , fun
7 guntur omnes homines totius ciuitatis , † in qua re consilium maioris partis præualet , l . quod maior . ff . ad muni . iuncta glo . in l . nominationes , C . de appel . in uerb . publicum , sed quia congregatio totius populi , & difficultatem , & confusionem inducit . multæ sunt
8 reipublicæ quæ ex pluribus , eligunt pauciores , aliæ hos pauciores ex omnibus eligunt , aliæ ex nobilibus tantum , & sunt qui tales electos uocant ancianos , qui dominos , qui rectores , & qui sapientes , alijsque nominibus , & talis electio , est ad modum antiquæ consue-
8 tudinis Romanæ , † qui ut inquit Luc . de pe . in rub . C . de decurio . lib . x . in princi . eligebant decies decem homines , ut ex his decem meliores eligerentur a prudentibus , qui decem , uicem populi re-
9 præsentabant , loco igitur istorum decurionum , † hos quos nominamus consiliarios tenemus , ut per glo . in l . sed si ex dolo § de dolo .
10 in uers . decurionum , ff . de dolo , unde cum uerum sit , † q id q loco alterius surrogatur , sit eiusdem potestatis , & effectus , cuius est illud loco cuius surrogatur § superat insti . de actio . l . si cum § . iniuriarum , iuncta glo . in uerb . danda , ff . si quis cautio , non ab re erit quærere quæ sint priuilegia istorum decurionum , ut cognoscamus priuilegia consiliariorum , autoritate , ut diximus , decurionum fungentium. Dico igitur quod decurio , non potest , nisi in casu parricidii capite puniri . l . diuus Adrianus . ff . de pen . Item uxor decurionis in his , in quibus potest conueniri pro marito , no potest conueniri
11 pro marito decurione . l . uxorem , C , de decurio . lib . x . † Item quia officiu tabellionatus est seruile in quantum , q dicitur seruus publicus , l . non enim iuncta glo . in uerb . seruo . ff . de adopt . licet ta
12 bellio non dicatur proprie seruus , imo uere serui indigni † sunt tali officio , l . generali . C . de tabu . lib . x . tamen etiam quod tabellio non sit proprie seruus , ex quo tamen retinet illud nomen serui pu-
13 blici , in honorem dictæ dignitatis , † non licet decurioni , tabellionatus officium exercere , l . uniuersos , C , de decurio . per quem tex . dicit ibi glo , q aduocati non possunt excercere officium tabelliona-
14 tus , licet Mediolani hoc indifferenter faciunt . † item pater decurio XII . liberorum , excusatur a muneribus realibus , l . si quis decurio . C .

eo. tit. ꝙ tamen multi existimant etiam procedere in patre non de
curione; † item decurio, nec aliquis principalium ex causa cuiusli- 15
bet culpæ cruciatibus non est subdendus. l. omnes, C. eo. tit. † ꝙ 16
priuilegium durat etiam post depositam dignitatem, l. nihil, C. de
quæstio. Item hoc priuilegium euitande torture, † conceditur etiã fi 17
liis dictorum decurionum. l. diuo Marco. C. eo. tit. de quæstio.
† Item filius decurionis sequitur conditionem patris, non obstan- 18
te quacunque consuetudine in contrarium, l. exemplo, C. eo. tit.
† Item duces belli nullũ habent imperium in decurionibus, l. mili- 19
taribus, C. eod. tit. ꝙ facit pro senatoribus status Mediolani. † itẽ 20
decurio, qui per triginta annos dictam dignitatem retinuit, non
corporaliter, sed pecuniariter pro criminibus est puniendus. l. eum
qui triginta annos, C. eod. tit. † Item decurionibus pauperibus de 21
betur per curiam alimenta, maximè, si per munificentiã causa curie
lapsi sunt facultatibus, per Cip. in cons. xl. in. iiii. col. in cuius
rei similitudinem duo sibi adducit, uidelicet, † ꝙ patronus ecclesiæ 22
propter ecclesiam factus pauper, ab ipsa ecclesia debet percipere ali-
menta, c. nobis fuit, in fi. de iure patro. † Idem dicit de dona- 23
tario qui tenetur donantem factum inopem alere per glo. in. l. fin.
C. de reuoca. dona. † Item non possunt decuriones furcæ subici, uel 24
uiui comburi, l. moris, § iile fere. ff. de pœnis. Notentur ergo præ
dicta pro modernis cõsiliarijs, nec superflua cẽ aliquis existimet, quia
Cip. in d. cons. xl. col. 5. dicat, ꝙ ex consuetudine generali sic at
testata per Gandi. Alb. Odo. & Salt. introductum sit, ꝙ consilia- 2
rii non gaudeant priuilegiis decurionum, quoniam si animaduerta-
tur ad fundamentum Cip. se mouet ex his, quæ dicit Bart. in. l. de
quibus, in iiii. q. prin. ff. de legi. ubi Bartolus decidit, ꝙ creden-
dum sit doctori, sed qui notat rationem sue decisionis, cognoscet eã
nõ debere procedere, quãdo per doctorẽ attestatur consuetudo gene
ralis. Nam dicit Bart. ideo credendum esse doctori de consuetudine,
quia dictum excellentis uiri, in arte sua est fide dignum, & doctor re
putatur excellens in arte sua, quia ei cum tanta examinatione offi-
cium doctoratus decernitur. Certè, ꝙ sit ars sua scire consuetudinem
unam generalem multorum locorum, ubi moram non traxerit, & se
non exercuerit, nemo est, qui hoc diceret, benè est ars doctoris, ad
cuius noticiã peruenit aliquid ex consuetudine fieri, intelligere nãm
consuetudinis, & cuius effectus sit, sed scire consuetudines locorum
ubi non est natus, nec se in magistratu exercuit, non pertinet ad artẽ
suam, nec aliorum qui probabiliter illius rei notitiam non habeant,
propterea attenta ratione decisionis Bar. supraallegata, erit dicen-
dum, quod in quo loco aliquis doctor de consuetudine speciali ue-
risimiliter sibi nota, attestetur, ei esse credendum, quia in loco illo 25
præsumitur pro doctore, † & consuetudo quantum habet de actu tã-
tum habet de potentia, ut per Bald. in c. i. in. 5. col. in prin. qui

feudum dare poteſt, ſed de actu non poteſt habere ultra locum, ubi non concurrat uerißimilis noticia atteſtantis, quare teneas, quod cõſiliarii gaudeant priuilegiis decurionum, quod confirmatur per Bertran. in conſ. 238. in fin. uol. ſecundo.

RITII MERLI APOLOGIA
Homalotetica, de conſiliariis, cũ parte innexa de pœna eorum qui ſecreta reuelant.

SECVNDO quæro, ſi aliquis conſiliarius reuelet ſecreta, qua pœna ſit puniendus. In hac re dico, præcipuè per eos, qui conſiliariorũ dignitatẽ retinent tacẽdum eſſe, quoniam, ut inquit Luc.
1 de Pen. in rub. de ſilen. nu. iii. † conſilium dicitur à con, & ſileo, quaſi illud dicatur eſſe conſilium, ꝙ ſimul plures ſilent, & tacent, id quę dicit potißimè fieri debere in conſiſtorio principis, & ſenatu, & urbis, ubi totius orbis maxima cura geritur, unde Valer. lib. ii. de inſtitutis antiquis, commendans Romanos conſiliarios, ait, ꝙ fidum, & altum erat ſecretum conſiſtorium reipublicæ, ſilentiiq́ ſalubritate munitũ, cuius linẽ intrãtes, abiecta priuata dilectiõe, ita dilectionẽ publicã induebant, ut nedum unũ, ſed neminẽ audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum, propter quod ſilentium, quantum honoris papyrius aquiſierit, ex Catone in oratione quadam traditum eſt, relatumq́ habetur. c. xxiii. lib. i. per Au
2 lum ge. in lib. Noc. ati. dicẽs, † ꝙ papyrius, cum eſſet prætextatus, tunc fuiſſe moris Senatorum in curia cum prætextatis filiis introire, eueniſſeq́ ꝙ res maior quępiam conſultata, eoq́ in diem poſterum prolata, placuiſſeq́, ut eam rẽ ſup̃ quã tractauiſſent, ne quis enuntiaret, priuſquam decreta eſſet. Mater papyrii, percontata eſſe filium, qui ingreſſus fuerat in curia cum patre, quidnam in ſenatu patres egiſſent, reſpondit papyrius tacendum eſſe, nec id dici licere, mulier facta audiendi cupidior, ſecretum rei, & ſilentium pueri animũ eius ad inquirendum euerbarat, quærit igitur compreſsius uiolentiusq́, tum puer matre urgente. lepidi atque feſtiui mendacii conſilium cœpit, actumque in ſenatu dicit, utrum uideretur utilius exq́ republica eſſe, unus ne, ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta eſſet, hoc illa, ut audiuit animus compaueſcit domo trepidans egreditur, ad cæteras matronas peruenit, ad ſenatum poſtridie matrumfamilias caterua lacrimantes, atque obſecrantes orant una potius, ut duobus nupta fieret, quam, ut uni duæ, ſenatores ingredientes curiam, quæ illa mulierium intemperies, & quid ſibi illa poſtulatio uellet mirabantur, tunc puer papyrius in medium curiæ progreſſus, quid mater audire inſtitiſſet quid ipſe matri dixiſſet, rem ſicuti fuerat denarrat, ſenatus ingenium pueri admirans, conſultum facit, uti poſthac pueri cum parentibus in curiã

ne

ne introeant, nisi ille unus papyrius, eoq; cognomentum prætexta-
tus sibi inditum est ob tacendi loquendiq; in ætate prætextata pru-
dentiam. Si igitur ueteres multo honore dignos illos reputarunt,
quires, maxime consilii, silentio retinebant, etiam credendum est
loquaces pœnæ reos esse, legibus institutum reperiri. un-
de ad propositum quæstionis, dico per Paulum iurisconsultum in . l.
si quis §. transfugæ, ff. de pen. dispositum fuisse, † quod renunciatores 3
consiliorum uiui exurantur, aut furcæ suspendantur, alibi habemus
in . l. omne delictum §. exploratores, ff. de re mili. † quod qui secreta 4
nunciant hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt. Alibi
habemus in. c. unico quibus mod. feu. amit. † quod si quis credentiam 5
domini ad eius damnũ manifestauit, beneficio feudi priuatur. Alibi
habemus in . l. i. § si quis tabulas. ff. deposi. † quod si quis tabulas testa 6
menti apud se depositas pluribus præsentibus legit, depositi, & ac-
tione iniuriarum teneri. † Alibi habemus legem reputare inconstan- 7
tem, & non rectum illum iudicem, qui ex uultu animi motum de-
tegit. l. obseruandum, ff. de offi. præsi. Alibi habemus traditum
per Bald. in . l. fin. ff. qui satis. cog. dicentem ex mente Innocen-
tii in loco, quem non allegat, † quod si aliquis iurauit tenere aliquam cre 8
dentiam, & hoc facere uergat contra salutem publicam, ei licere de
bere talem credentiam reuelare. Alibi habemus in c. unico qualiter
iurare debeat uassallus domino, † quod uassallus inter cætera domino 9
iurare debebit, quod ei, sub nomine fidelitatis commiserit, aliis, in e-
ius detrimentum non pandet. Alibi habemus dictum Thobie, † ui- 10
delicet secretum Regis abscondere bonum esse, & esse honorificum
opera Dei reuellare. Alibi habemus, quod qui literas hostibus po-
puli Romani misit, † in crimen læse maiestatis incidit. l. i. in fin. ff. 11
ad legem iuliam maie. Alibi habemus traditum per Luc. de pen. in
rub. de silen. col. ii. lib. xii. † quod si quis ex debito iuramenti te- 12
netur domino secreta consilia sua seruare, dominus autem dixit, &
consilium iniuit de occidendo aliquo, & iniuste, quod officium huius
erit non dicere in publico, sed illi dicere, qui periturus est, quando
possit prodesse, & non obesse, in dubio tamen inquit Luc. quod tace-
re debet corripiens eum, qui iurauit, ut eius uoluntatem ab ipso ho-
micidio auuertat, quod multoties cõtingere potest, & ideo est notandũ.
Alibi habemus, quod confitens, non debet detegere, seu reuelare pec-
cata alterius, nisi peccatum non possit confiteri absque participibus, ut
puta, si rem illicitã egit cum matre, filia, uel sorore, nam cũ iste circũ-
stantiæ aggrauent peccatum, non potest fieri uera confessio, † nisi de- 13
tegantur participes [illegible], ita Abb. in c. omnis utriusque, de
pen. & remi. nu. ii. pariterq; habemus in eodem loco, uidelicet,
in c. omnis, in tex. in fin. in uers. quoniam qui peccatum, † quod 14
si sacerdos peccatum sibi detectum in pœnitentiali iudicio, præsum-
pserit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendum esse,

uerum etiam ad augendum perpetuam pœnitentiam in arctum mo-
nasterium esse detrudendum, & ut ibi super illo loco dicit Abb.
15 † quando timeretur de fuga, posset etiam detrudi in stricto carcere
per tex, in c. ut famę, de sententiarum excommu. In eo. deinde c.
16 per Innocen. in fin. habemus, † ꝙ sacerdos impuné, imo etiam ex
debito, quantum tamen secrete potest, tenetur reuelare peccatum,
ꝙ aliquis sibi comfessus est uelle facere, & non posse pœnitere, nec
uelle abstinere, tenetur iste sacerdos reuelare modo quo dixi, dum-
tamen huius peccati detectio sit, uel magne necessitatis, uel utilita-
tis, uel impeditiua periculi, uel scandali. Alibi habemus, ꝙ qui iu-
17 rant tenere credentiam, † possunt illam pandere habita licentia per
Bald. in c. i. in fin. de no. for. fide. Alibi habemus, ꝙ proferens
uerba, quæ reipublicæ manifestari non expedit, ut puta, ꝙ quis sit
surdus, uel cecus, uel alia huiusmodi, cum non expediat reipublicæ
18 habere tales homines, † tenetur actione iniuriarum, ut per Bar. in
l. eum qui nocéte, in princip. ff. de iniur. quo loco dicit Bart. ꝙ
aliud ē, si quis dixit alicui tu fuisti mitriatus, uel tu es spurius, quo
niam expedit reipublicæ hoc sciri, ne primus admittatur ad testimo
19 nium, & ne secundus admittatur ad dignitates, † Alibi habemus in l.
si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pen. ꝙ si quis instrumenta penes
se deposita alteri, altero absente, reddiderit, uel aduersario prodi-
derit, ꝙ secundum personæ conditionem, aut in metallum damna-
20 tur, aut in insulam deportatur. Alibi habemus, † ꝙ si quis aperit lite
ras alienas, & aduersario scribentis, eas ostendat, ꝙ incidit in pœnā
falsi, si uero eas tantum aperit sibipsi, tunc extra ordinem crimine
stellionatus punitur, c. olim magister, de offi. deleg. utrunque di-
ctum ponit Bart. in. l. qui testamentum. ff. de fals. & aduerte ad
istud dictū Bar. quoniam sæpe contingit ut multi quærāt, uel manife
stare desiderent aliena arcana, literis epistolaribus contenta, nam
hoc dictum Bart. inquantum dicit, ꝙ manifestans literas alienas ad
uersario, incidit in pœnam falsi, reprehendit Aug. ari. in addi. ad
Ang. in uerb. falsario, in uers. tu autem in hac materia de reuelan-
te scripturas aduersario, dicit Aug. ꝙ textus quo se mouet Bart. ui-
delicet, c. cum olim magister, cum glo. dicit, uidelicet glo. ꝙ ibi
aperiens literas punitur, tanquam falsarius, & tamen erat ille ape-
riens aduersarius, qui cum puniatur tanquam falsarius, dicendum ē
quòd punitur extraordinarié, quoniam dictio, tanquam, est nota
impropriętatis, ita dicit Aug. sed certé malé reprehendit Bart. quia
quando Bart. decidit, quòd manifestans literas alienas aduersario,
punitur &c. non mouetur ad id dicendum per textum in c. cum
olim magister, iuncta glo. in uerb. sigilla, prout credit Aug. Sed
mouetur per tex. in. l. i. §. is qui deposita. ff. de fals. qui tex. hoc di
cit ad literam. Ex prædictis igitur constat de pœna reuelātiū diuer-
simodé responsum fuisse, unde, ut huius rei, tam ad propositum

quæstionis, quám cæterorum, quæ in ipsa quæstione allegata sunt: Certam noticiam habeatur, ut infra distinguendum esse arbitror, ꝙ aut isti reuelatores sunt de deputatis pro exploratoribus eorum, quæ faciunt hostes, & hoc casu, si reuelant secreta partis suæ, capitis pœnam luere debent. l. omne delictum.§. exploratores, ff. de re mili. & in hoc aduertendũ est ꝙ non omne, quod fit in castris ex una parte, si alteri parti nunciatum sit, dici debet secreta nunciata, † sed tantum, quando aliquid nunciatum est, ꝙ princeps militiæ, seu qui in militia principatum retinent, nolit per partem aduersam sciri ex tradiris per Cip. in conf. xl. in. 7. col. in uerf. & secretorum, aut isti reuelatores non sunt de exploratoribus, sed de simplicibus militibus, uel alterius generis, militantibus tamen ad seruitium illius, uel illorum, quorum consilia renuntiarunt, & tales, aut uiui exuri debent, aut furcæ suspendi. l. si quis aliquid.§. transfugæ. ff. de pœni. & nota ꝙ d.§. transfugæ disponit tales pœnas áfigendas in consiliorum regentium renuntiatoribus, ut non existimes omne renuntiatum dici consilium renuntiatum esse, † sed solum quando aliquid esset renuntiatum, ꝙ per principes militiæ in concernentibus militiá determinatum esset fieri debere per tex. in. l. i. in §. casu, in uerf. appius. ff. de postulan. ubi habetur, ꝙ appius Claudius, cum publicis consiliis interesset, sententiam dixit de pirris captiuis non recipiendis, ex quo textu cognoscitur, ꝙ illa sunt consilia in quibus, quæ pertinent ad publicam utilitatem, per uiam determinationis tractátur. Aut reuelatores sunt de his qui reuelant scripta penes se existentia, & tunc si ista scripta sunt instrumenta publica dictaꝗ instrumenta sint penes reuelatorem deposita, aut ista instrumenta reuelat aduersariis eius, seu eorum, quorum sunt instrumenta, & talis reuelator tenetur pœna falsi. l. i.§. is qui deposita. ff. ad leg. cor. de fals. & non tantum talis tenebitur pœna falsi, sed etiam si esset testamentum, uel codicillus, † tenebitur interdicto de tabulis exhibendis. l. locum habet.§. si quis dolo, ff. de tab. exhi. Aut ista instrumenta reuelantur, non aduersariis, suntꝗ instrumenta penes reuelatorem deposita, & eo casu reuelator tenetur actione depositi, & etiam actione iniuriarum, l. i.§. si quis tabulas. ff. depoli. † Non tamen iniuriarum actione talis tenebitur nisi iniuriæ faciendæ causa secreta iudiciorum publicauerit, l. si quis testamentum§. sed si quis tabulas. ff. ad leg. aquiliam. Aut isti reuelatores sunt uasalli, qui reuelant credentiam domini, & tunc, aut illam habent sub fide simplici, aut sub iuramento, primo casu si reuelata est credentia domini ad eius damnum, tales reuelatores, amittunt feudum, c. unico, quibus mo. feu. amitta. Secundo casu non solum amittunt feudum, sed etiam efficiuntur periuri, c. unico, qualiter iurare debeat uasal. domino, & ibi doct. Aut iste reuelator est iudex, aut priuatus, aut sacerdos confessor, aut consiliarius, si iudex, aut in procedendo publicat animũ suum, uel uerbis, uel uultu, seu actibus. Si uerbis aut publicat sen-

21 22 23 24

tentiam, & tunc sententia est nulla, & tenetur iuxta ea quæ habentur in . l. ii . C. de sententiis, aut non publicat sententiam uerbis, sed uultu, uel actibus detegit animum suum, & tunc reputatur incon-
25 stans, & non rectus iudex, l. obseruandum, ff. de offi. præsi. † talis tamen animus iudicis non semper simulandus est, sed manifestandus, quando aliquid nephandum coram se tractaretur, ne illud uelle pati uideatur. l. nequicquam. § circa, ff. de offi. procons. Aut reuelator est priuatus, & alicui iurauit tenere aliquam credentiam, & tunc, aut tenere illam credentiam uergit contra publicam utilitatẽ & in dispendium animæ ipsius iurantis, & eo casu reuelatori licet reuelare, quod reuelauit ex Bald. in . l. fin. ff. qui satisda. cog. aut non uergit in dispendium animæ. & tunc efficitur periurus ex his, quæ dicit ibi Bald. aut priuatus iste habuit licentiam pandendi credentiam, & clarum est, ꝙ habita licentia, potuit dictam credentiam pandere per Bald. in c. i, in fin. de noua for. fide, aut iste priuatus dicit ea quæ sunt manifesta, aut quæ non sunt manifesta, sed sub literis sigillatis contenta, si manifesta, & sunt in iniuriam alicuius, aut non expedit reipublicæ, id quod est dictum, & tunc talis dicens. actione iniuriarum tenetur, aut expedit reipublicæ id dici, ac manifestari, & talis manifestans ob id nulla actione tenetur ex Bart. qui utrunqꝫ dicit in . l. eum qui nocentem, in princ. ff. de iniur. Si uero reuelans dicit ea quæ sunt sub literis sigillatis contenta, & tunc, aut illud dicit aperiendo literas alienas, & illas aduersario scribentis ostendendo, & illo casu talis incidit in pœnam falsi, aut literas aperit & sibi legit illas, & tunc extra ordinem punitur crimine stellionatus, ex Bart. qui utrunqꝫ dicit in . l. qui testamentum, ff. de fals. aut dictas literas non tantum sibi, sed aliis, tamen non aduersariis, aperit, & tunc, si id facit animo iniuriæ faciendæ, non solum puniendus est extra ordinem, crimine stellionatus, sed etiam tenebitur actione iniuriarum, arg. l. si quis testamentum § si quis tabulas. ff. ad leg. aquil. Aut iste priuatus non reuelat literas alienas, sed proprias mittit hostibus patriæ ad damnum illius. & tunc talis mittens huiusmodi literas incidit in crimen læsæ maiestatis. l. i. in fin. ff. ad leg. iuliam maiest. Aut iste priuatus aliquid, ꝙ contineatur in literis non reuelat, sed quod sibi in secreto fuit dictum a principe suo, & cum iuramento, publicat, & istud erat aliquod iniustum puta de homine occidẽdo, & hoc sic publicare aliter non cõuenit, sed eius officium est, si potest prodesse, & non obesse perituro, secretẽ manifestare, alias debet silere corripiendo dominum, ut eius uoluntatẽ a tali homicidio auuertat, per Luca. de pen. in rub. de silen. col. ij. lib. xii. Aut iste priuatus non reuelat, nec literas, nec aliquid quod sibi sub iuramento sit dictum, sed cum confiteatur coram sacerdote, reuelat peccata tertii, confitendo suum peccatum, & tunc, aut ista detectio peccati alterius non põt benẽ detegi absqꝫ participibus, ut

puta

puta si rē illicitam egit cum matre &c. & tunc ei licet hoc sic fateri, quia alias non fieret uera confessio, alias hoc sibi non licet per Abb. in c. omnis utriusque sexus, nu. ii. de pœni. & remi. Aut iste reuelator est sacerdos confessor, & tūc si reuelat peccatum, quod sibi quis est confessus, cuiusquie peccati confitens pœnituit dixitq; in futurum se ab eo uelle abstinere, talis confessor à sacerdotali officio deponendus est, & in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam agendum, detrudendum est per d. c. omnis in fin. in uers. quoniam qui peccatum, & quando timeatur de fuga. sacerdotis, potest etiam detrudi in stricto carcere, c. ut fame, de sententiarum excom. aut sacerdos confessor reuelat peccatum, q quis confessus est, nec dixit eius se pœnitere, nec uelle abstinere, & tunc si detectio istius peccati sit magnæ necessitatis, uel utilitatis, uel impeditiua periculi uel scandali, talis detectio per sacerdotem fieri poterit impunè, illā tamē faciendo secretè, quantum erit possibile ex Inno. in d.c. omnis in fin. Aut iste reuelator est consiliarius, & quantum ad talem Bartho. Cip. in allegato consilio xl. col. 6. dicit q cum pœna reuelātis non sit uniformis, & cum plebeius furcæ suspenderetur, quando reuelaret aliquid ad derrogationem sui officii, † pariter dicendum 26
esse q consiliarius debet suspendi, & multo magis, † cum in pœna 27
corporali magis punitur nobilis, quàm plebeius, quando delinquit in derrogationem suæ dignitatis. l. quedam, ff. de pen. & l. presbyteri. C. de epis. & cler. Ego ratione qua mouetur Cipo. crederem, q nimium mitis esset pœna suspensionis ad furcam, etiam, q multum ignominiæ, & difficultatis in moriendo secum ferat, mo-
ueor ex eo, † quia habemus quod si aliquis in scœnam prodierit ar 28
tem ludicram exercendo, idque quæstus gratia fecerit, infamia notari. l. ii. in fin. ff. de his qui notan. infam. sed quando miles hoc facit, quia deliquit in derrogationem suæ dignitatis capite punitur, d. l. quædam, ff. de pen. ex eo igitur apparet, q tanto maiori pœna affici cōsiliarius reuelans debet respectu pœnæ furcarum quantū maior est pœna capitis respectu infamiæ, & ex his sit finis huic quæstioni in qua melius fortè, quàm alibi habetur clara distinctio pœnæ reuelantium.

TERTIO quæro an quis teneatur ire ad consilium, si fiat præceptum, q ad consilium omnes accedant, sitq; tractandum de re, quā is, de quo quæritur, nō audeat improbare. prima facie uidetur respondendum affirmatiuè per textum in c. quid culpatur, uers. uel utrum sit certum, xxiii. q. i. Vbi habemus casum, † quod 1
uir iustus, si fortè, etiam sub rege, & homine sacrilego militet, rectè potest, illo iubente, pugnare, si uice pacis ordinem seruans, quod si bi mādatur, uel non esse contra Dei præceptum, certum est, imo, & hoc dicit in uers. allegato, idemq; fiendum est, quando est dubius,

an quis teneatur ire ad consilium

tunc enim iniquitas imperandi, reum fortasse facit Regem, innocentem autem militem ostendit ordo seruiendi, & hunc textum allegat Inno. in c. ad aures, de tempo. ordinandis, ad docendum, ꝙ præcepto sine causæ cognitione est parendum si dubitatur, an sit bonum, uel malum, unde ad propositum quæstionis apparet, ꝙ licet iustus non auderet improbare quod est tractandum, si tenetur parere expressæ, tanto magis tacite. Secundo pro ista parte facit textus
2 in. l. iniuriarum, uers. is qui, de iniur. ubi habetur, † quod qui facit id quod iure publico est introductum, non uideri iniuriæ faciendæ causa hoc facere. Ad idem est textus in. l. continet. ff. ꝙ metus cā;
3 † ubi quod per magistratum iure honoris officii, quem sustinet cogimur facere, de eo, nec metum, nec uim nobis fuisse factam prætendere possumus, facit ad hoc glo. in. l. herennius § gaia seia, in
4 uers. ex præscriptione, in fin. ff. de euictio. ubi habetur, † ꝙ pro eo ꝙ est factum per iudicem, & sic per superiorem, semper bene præsumitur, ergo hic qui requirebatur ad consilium, cum sciret rem quæ tractari debuerat, non eum oportet iudicare esse malam, & ob
5 id se retinere ab accessu ad consilium. Tertio facit, † quia quantuncunque sententia incerta non ualeat. l. i. C. de sententiis, quæ sine cer. quam. profer. §. curare institu. de actio. Tamen præceptum, li-
6 cet factum ad pœnam iudicis arbitrio inferandam, † non uitiatur, non obstante incertitudine pœnæ ex Bar. in. l. i. nu. xii. ff. si quis ius dicen. non obtempe. quare constat, ꝙ præceptum superioris
7 fortius est, quàm sententia, † & tamen sententia etiam, ꝙ sit iniusta, si transiuit in rem iudicatam, mandanda est executioni, per Abb. in c. is qui, nu. x. de solutio, ergo tanto magis præceptum exequi debet, licet de re, quæ reputaretur iniqua. Quarto facit textus in. c.
8 fin. xiii. q. i. in fine, ubi inquit, † ꝙ præceptum, necessitas est seruientis, ut obediant. Si necessitas, ergo non debet curare quale
9 sit præceptum, & quid ex eo eueniet, † quoniam lex cessat, ubi uenit necessitas, unde Christus ad Iudeos. c. xii. Math. dixit non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit &c. Quinto, & ultimo pro ista parte facit glosa in. l. furti. §. qui iussu,
10 in uerb. prætoris ff. de his qui notan. infam. ubi glosa dicit, † ꝙ iudicis iussus facit licitum, quod alias non liceret, & ibi plures leges allegat. idem ergo, dicere debemus in casu nostro, ꝙ licet iste, qui nolet ire ad consilium, cognoscat, ꝙ ex uoluntate superiorum iam firmata, sit concludendum id quod iudicio suo non erit equum, &
11 quod non poterit improbare, unde tacite rei iniquæ consentiet, hoc non debet eum remouere, quia imo res non erit iniqua, ex quo uoluntas superioris rem illicitam facit licitam. Istis tamen non obstantibus, contrarium respondendum esse arbitror. Moueor primo, quia quotiens aliquid fit, ut factum contra aliquem ualeat, & te-

neat, † ille talis debet audiri, alias, quo ad eum, illud sic factum, nõ, 11
ualet decisio est Bald. in l. fin. C. si per uim, uel alio modo in se-
cundo nota. ideo hic requisitus ad consilium, si non est audiendus
quo ad eum, præceptum non debet tenere, nec ex illo præcepto
puniri tanquam facto sine causæ cognitione, quo casu, † tale præce- 12
ptum non habetur etiam pro citatione, ut per Abb. in c. tua. nu. 8.
de coha. cler. ubi dicit quòd tali monitioni non tenetur parere, si
habet iustam excusationem, per tex. in c. dudum, de præsumpt.
sed quæ potest esse iustior causa, quàm scire, ꝙ requiritur ad respõ-
dendum de sua opinione, & tamẽ est certus, ꝙ quantuncunque sua
opinio esset sanctißima, nihilominus non curabitur. Secundo mo-
ueor, quia stante, ꝙ præsupponitur in quæstione proposita, quòd
tractandum sit de re, quam quis non audeat improbare, sequitur,
ꝙ id ꝙ tractari debuerat, iam erat publicatum, & si erat tale, quod
requisiti ad consilium, non auderent improbare, aut id uolumus
dicere prouenire à metu reuerentiali, & hoc casu dico, † ꝙ sola re- 13
uerentia personarum non inducit iustum metum, nec iustam excu-
sationem, ut per Bart. in l. i. § quæ onerande, in fin. ff. quarum rerum
actio non detur. Inno. in c. causam matrimonii, uers. quia non præ-
sumitur, de offi. & potesta. iudi. deleg. per Alex. in l. interposi-
tas, in prin. C. de transac. & per Abb. in c. nonne, col. penul. de
præsumptio. Aut uolumus dicere, quòd hoc prouenit à metu iu-
stißimo, ut quia princeps erat uir terribilis, & sæuire solebat, & a-
criter tractare eos, qui dissentiebant, & tunc talis non iens ad consi-
lium, excusaretur, ut per Abb. in d. c. nonne, & per Alex. in d. l.
interpositas, ubi in talibus personis præsumunt, † ꝙ quis iustißimo 14
metu moueri poßit, & est aduertendum, ꝙ non satis est, ut prince-
ps inducat iustißimum metum, ꝙ de eo, ꝙ fieri uolebat, & deinde
quadam urbanitate requisiisset consilium, fecisset minas, si non ap-
probaretur, ꝙ ipse erat propositurus, † sed oportet, quod a- 15
lias minatus fuisset contrafacientibus suæ intentioni, & execu-
tus fuisset minas ex Bart. in l. metum. C. de his qui ui metue
causa. Notarique etiam debet ad unum dictum satis notabile, ꝙ
non satis esset, ꝙ princeps in similibus minis, dixisset, qui non lauda
bit, quæ ego proponam, erit mihi odio, & hoc deinde ostenderit
non amando amplius contradicentem, seu qui contradixit, † sed re 16
quiritur, ꝙ minæ fuerint de occidendo contradicentem, seu saltem
de eum cruciando in corpore, & ita executus fuerit, per ea quæ di-
cit Alex. in d. l. interpositas, in primo nota. ex mente Bald. & Sa-
lic. quos ibi allegat, nota tamen aliud notabile in proposito proxi-
di dicti, † ꝙ timere sæuitiam, & austeritatem hominis potentis, est 17
metus mortis ex Bald. in rub. de his qui ui, metusue causa, per In-
nocen. in c. ꝙ de his, de senten. excom. & per Bertran. in cons. i.
nu. 86. uol. i. Stante igitur, ꝙ præceptum alicui de ueniendo ad

consilium sit factum per principem, qui solitus sit nunari contradicentibus, & exequi, ut supra dixi, non est dubium, q tale præceptum non ualet, nedum in obligando requisitum ad ueniendum ad consulendum, seu sententiam suam aperiendam, uerum nec tenetur uenire ad locum ubi fit, seu fieri debet cōsiliū per doctr. Bar. in. l. fi.
18 in fi. ff. de iuris omnium iudi. ubi uult Bart. † q quando sententia continet, ultra quod se iudicis iurisdictio extenditur, non ualet, etiam in eo in quo iurisdictio sibi ius tribuebat, unde in proposito erit dicendum, q licet ualuisset præceptum principis, q quis ueniret ubi fiendum erat consilium, non tamen in aliquo debuit ualere, cum non solum fuerit factum, ut ueniret, sed ut ueniret ad consulendum, ad quod uenire nō debuerat ratione suprascripta. Tertio facit decisio in terminis Alber. Bru. in cons. xii. col. xxii. uers. immo. si fieret præceptum, ubi allegat Felin. post Bald. & Anto. de Butr. in c. quod super his, de maior. & obed. quo loco Felinus dat exemplū, quando uocaretur aliquis ad consilium, ubi tractandum esset de dando fauorem principi excommunicato. Non obstant in contrarium supra adducta, & primo textus in c. quid culpatur xxiii. q. i. quoniam ibi illud est uerum, quando qui seruit principi in re iniqua est dubius de illa iniquitate, sed hic præsupponimus certum esse, qui non audet impugnare, rem esse iniquam. Secundo non obstat text. in. l. iniuriarum. ff. de iniur. in. l. continet. ff. quod metus causa, & in. l. herennius § gaia, de euictio. quia in primis duabus legibus autoritas iuris publici, idest q ad publicum pertinebat, excusat facientem, etsi faciat aliquid, q non sit equum, respectu particularis, & in. l. herennius, ideo præsumitur pro iudice, quia non constabat, q contrarium esset præsumendum; sed hic constabat contrarium, ut præsupponitur, & Felin. qui in dicto c. quod super his nu. iiii. uidetur tangere hanc quæstionem, ita, & ipse præsupponit, dū ibi dicit certificatus erat, q uocatio erat iniusta, uel si hoc notorium esset. Non obstat, q tertio opponitur, quia ibi non quod fiendum erat ignorabatur, sed pœna, & sic certitudo, uel incertitudo non dependet ab eo, quod erat fiendum, ut hic. Non obstat quarta oppositio, quia argumentum illud procederet, quando fieret illud, q præcipitur, sed hic quærimus, si non fiat præceptum, an non faciens excusetur. Non obstat, q quinto opposui, cum illud, ut ibi per Bal. aliud non dicat, nisi, q iussus iudicis excludit præsumptionem delicti, unde apparet, q non sumus in re certè iniqua, sed quæ præsumitur, nimirum ergo si iussus iudicis tollit illam præsumptionem, maximè cum una præsumptio tollat aliam. ll. uulgaribus.

QVARTO quæro quis primo consiliariorum in consilio loqui debet, & prima facie uidetur dicendum, q senior sit is qui primo loqui debeat per textum in. l. fin. ff. de fide instrum.

ubi

ubi iurisconsultos dicit, ꝙ si de tabulis testamenti deponendis dubi
tetur, uidelicet penes quem deponendæ sint, † semper seniorem iu- 1
niori præferemus, ad idem facit, quod dicit Bart. in. l. i. ff. de al
bo scri. nu. iiii. uult ibi Bart. ex mente Innoc. ꝙ quando uniuersi-
tas, uel collegium non habet rectorem, quod ille. qui est antiquior
in collegio, possit conuocare collegium, & alii teneantur ire. Ad idẽ
facit tex. in c. quibus, xx. distin. † Vbi cum sacræ scripturæ autori 2
tatem non habemus. seniores prouinciæ congregandi sunt, & inter-
rogandi, † ab his enim semper dicta consideranda audimus. l. si cho 3
rus. ff. de leg. iii. Facit, quod dicit Bald. in. l. senium, in princi.
C. qui testam. face. poss. uidelicet, † ꝙ plus ualet umbra senis, quã 4
ensis iuuenis, facit glosa in. l. cum quid, in uerb. nouum. ff. si cer.
petat. Vbi ex argumento ibi sumpto per Bulg. dicitur, † ꝙ in digni 5
tatibus, seniores sunt eligendi, quia ut inquit Cicero in lib. de Sene
ctute, non uelocitatibus, aut celeritate corporum, res magnæ ge-
runtur, sed autoritate, & consilio senium. & ideo calistratus in. l.
semper, ff. de iure immu. inquit semper in ciuitate nostra, senatus
uenerabilis fuit, namque maiores nostri penè eundem honorem se-
nibus, quem magistratibus tribuebãt, † hinc uidemus, ꝙ quando di- 6
scors sententia in conciliis appareret, illius opinio magis tenenda est,
cuius antiquior, & potior extat autoritas, c. hoc ipsum, xxxii. q. ii.
uers. in fine autem, † Itẽ & quando ecclesia alicui regenda creditur 7
in hoc senes iuuenibus præferendi sunt, c. statuimus, lxi. dist. † Nec 8
in ordinationibus aliquis presbyter, uel diaconus præferendus est
his qui primo ordinati fuere, c. si. 75. distin. † Etiam si posterior 9
sit melior priore, dummodo prior non sit malus; per glo. in c. epi-
scoporum, lxxiiii. dist. in uerb. episcoporum, † nã iuuenibus pru- 10
dentiores ideo reputantur senes, quia memoriam creduntur habe-
re præteritorum, intelligentiam præsentium; prauidentiam futuro
rum, ut per Math. de Affli. in præfa. nu. 7. deci. Ro. Neapo. Ni-
mirum ergo si sunt multa ueneratione digni, † etiam ex diuino præ- 11
cepto, ut in Leui. ix. c. ibi corã cano capite cõsurge, & honora personã
senis, cuius autem honoris causa a' prudentia quæ in sene uerisimi-
liter existit, procedit, quia ut inquit Cicero, nihil est profecto ho-
minis prudentia dulcius, quam ut cætera auferat, affert certe sene-
ctus, † & ideo in deligendo iudice hæc uerba Clau. Cantiucu. in tra. 12
de offi. iudi. in. iii. c. nu. 28. dicit, quanquam in deligendo iudi-
ce, nullius rei eque sit habenda ratio, atque sapientiæ; & integrita-
tis, conuenire tamen ualde uidetur, ut natu grandes ei muneri præ-
ficiantur, unde reipublicæ pendet incolumitas. Nam, & senibus
plus adesse ex usu rerum prudentiæ solet, & affectus sunt modera-
tiores, tum etiam relucet quiddam in senis uultu obseruandæ matu-
ritatis, quod illi apud populum plurimum autoritatis conciliat, hæc
Clau. formaliter. Tante est enim reuerentiæ senectus, † ut in pluri- 13

bus ſibi priuilegia non deſint. Nam in imponenda pœnitentia per
epiſcopum, ad ſenilem ætatem non parum reſpici debet, tempora,
14 26. q. 7. Item ſenes, † uti culpa carentes in dubio non ſunt increpan
15 di, Paulus. ii. q. 7. † Item ubi interuenit ſenium conſenſus à bonis
16 & optimis uiris interueniſſe uidetur. Factus. 7. q. i. † Item defec
17 tus ſeneſcentis ætatis excuſat à uoto, c. magnæ, de uoto. † Item ſe
nex, qui uerberauit clericum, abſque eo, quod accedat ad ſedem a
poſtolicam, ab epiſcopo impetrat abſolutionem, c. quanuis, de ſen
18 ten excom. † Item in electione fienda præſertim ad maturam ætatẽ
reſpiciendum eſt. c. eccleſia ueſtra il ſecundo, in uerſ. cum ætatis, de
electio. Vnde in tot, & tantis ſenectutẽ priuilegiatam cernimus, ut
& in ordine loquendi in conſilio præeminentia priuilegium, quoque
habere dici debeat, pro qua re in terminis eſt deciſ. Roma. in ſing.
ſingul. lxxxiii. ubi dicit, qood de iure ſenior loqui primo debet
19 per tex. in c. i. de contro. feu. inter pa. & eccle. † Licet domini
de Rota contrarium obſeruent. Iſtis tamen ut ſupra adductis, non
me mouentibus, cenſeo, quod ad iuniorem primo loqui ſpectet,
quia, ut alias reſpondi in diffinitione conſilii, probaui conſilium a
liud nõ eẽ, quã ſentẽtia nõ cogẽs, alicuius rei faciẽdæ, uel dicẽdæ, uel
econtra, per ſe ſumpta, uel alteri, aut pluribus petentibus, aut non
petentibus, dicta, quoniam igitur in conſilio tractatur de eo, quod
eſt fiendum, uel non fiendum ſequitur expediens eſſe, quod pluri
20 um opiniones, ſeu ſententiæ prius audiantur, † ea autem quæ ulti
mo audiuntur, melius memoriæ commendantur, de conſecra. diſtin.
ii. c. liquido, iuncta glo. in uerb. namque ſaluator, ſed quas magis
memoratu dignas quã ſeniorum audimus ſententias, quorum nedũ
21 uerba, † ſed & ſocietas præſumptiuæ remouet dubium criminis in
22 ceſtus, ſeu carnis, c. diffinimus. 18. q. ii. † eorumque canicies ſa
pientiam, & prudentiam deſignat. porro. diſt. 84. & in terminis pro
hac parte habemus quæſtionem deciſam per Speculat. in tit. de ad
uo. §. iam nunc uidendum, in uerſ. Iuniores, ubi in ſimili quæſtione
reſpondet, ꝙ maiores ultimo eorum ſpecioſas, ac efficaces allegatio
23 nes proponant, quoniam ut docet Tullius in Rhetorica, ualidiora
argumenta ſunt in fine reſeruanda, peritioresq́ ultimo ſurgentes me
lius defendent propoſita, & plenius reſpondebunt obiectis. Ad ea
autem quæ ſuperius in oppoſitum allegaui, reſpondeatur unica re
ſponſione, ſicut reſpondet Specula. in præallegato loco, uidelicet,
ꝙ etiam, ꝙ ultimo loco ſeniores loquantur, potiorem tamen, &
primum locum dicendum eſt eos habuiſſe, cum ultimi ſubſequun
tur, ut fortiores, & diſertiores, ſicut patet in caſtrorum acie ordi
nata, ubi maiores, & fortiores ad cuſtodiam exercitus
ſubſequuntur, & ut etiam patet in ordine
eccleſiaſtice proceſsionis.

Spectat ad iuniorem primo loqui

QVINTO quæro an consiliarii præsumãtur scire, quæ fiunt in
consilio, imprimis respondeo hoc præsumi, per tex. in c. i. in
uers. φ nec sufficit, de postula. præla. † ubi sufficit, ut cæteri 1
non excusētur, quod, aliquid præsētibus multis sit publicatum. Item
probatur ex tex in. c. cū desideres.§ secundæ quæstioni. de senten.
excom. Ibi ad obligandum homines, ut uitent excommunicatum,
† satis est dicit Papa famam esse publicam, illum esse excommuni 2
catum. Item facit, quoniam si uerum est, aliquid fuisse factum in lo
co consilii, credendum est de hoc esse famam penes illos, qui sunt
illius loci, hoc autem, φ sic credendum sit, † sufficit ad inducendum 3
præsumptionem, φ omnes illud sciant per tex. in c. super eo, de
consang. & affi. Vlterius probatur ex dictis per Abb. in c. cogno
scenter, in fin. de rescri. ubi concludit, φ ad hoc, ut ordinata ligēt
subiectos, † satis esse illa fuisse manifestata in loco consueto. Nec opor 4
tere singulorum aures inculcare. Moueor etiam, quia ut traditum
habemus per dominum Andr. Alcia. in tra. de præsumptio. in pri
ma par. num. 6. Præsumptionum genus diuisum reperitur in
duas partes, unum est, quando sumus in præsumptione hominis, de
qua est tex. in. l. continuus § cum ita. ff. de uerb. obliga. Aliud 5
est quando sumus in præsumptione iuris, quæ transit ad genus sub
diuisum, quoniam adest præsumptio iuris, item præsumptio iuris,
& de iure, quæ est ergo præsumptio iuris dicit Alcia. † Fundari in eo 6
quod est credendum per tex. in. l. i. C. de contrahen. & commi.
stipu. Ex quibus argumentor, φ cum credendum sit, φ ea quæ fiunt
per consilium sint facta præsentibus consiliariis, quia à communiter
accidentibus, hæc sic fieri solent, propterea præsumptionem oriri
eius quod petitur in quæstione, † præsertim cum quod communi 7
ter contingit, ueritatem, sic se habere præsumptionem inducat per
tex. in c. i. iuncta glo. in uerb. causa, de cler. non resi. & per glo.
in. l. neque natales, in uerb. cum nihil, C. de proba. Contrarium
tamen uerius esse assero eius, quod dixi, per decisa in terminis per
dominum Rapha. Cuma. in consi. iiii. col. penul. in uers. Nec hāc
præsumptionem, dicit ibi Cumanus, φ licet ea quæ publicè aguntur
præsumantur communiter nota, † tamen prima præsumptio restrin 8
gitur ad præsentes, non autem ad absentes, uel legitima causa impe
ditos, per tex. in c. fin. qui maio. accusa. poss. & per not. per
Bart. in l. is potest. ff. de aquiren. hæredi. Non obstant opposita, &
primo tex. in c. i. de postula. præla. quoniam ibi non dicit, quod
est promulgatum præsumatur peruenisse ad noticiam, † sed ut liget 9
sufficere, φ constitutio solenniter fuerit edita, & est ratio, ut ibi per
Abb. nu. ix. quia constitutio est generalis, ideo satis est, φ genera
liter proponatur, difficile esset enim omnibus particulariter consti
tutionē notificare, propter quod inquit ibi Abb. † etiam generalis 10
citatio sufficeret, concurrente difficultate citationis personalis, quan

do ignoratur quis personaliter sit citandus. Non obstat tex. in c. cum deliueres §. secunde quaestioni, quoniam illud est, & procedit in spiritualibus, † in quibus tenere debemus in dubio quod tutius est, c. iuuenis, de sponsa. & iuxta nota. per glo. in c. unicp, de feru. in ordi. fa. Non obstat tex. in c. super eo, de consang. & affi. quia ibi praesumitur scientia per homines loci, quia praesupponitur illorum praesentia. Non obstat quod dicit Abb. in c. cognoscentes, in fin. de rescrip. Ad id enim respondeo sicut respondi ad tex. in c. de postu. praelato. Non obstat ultimum fundamentum, quia respondendo distinguo, ut distinxit Cuma. in d. consi. illi. uidelicet, quod aut res de qua quaeritur, an eius praesumatur noticia penes illos de consilio in particulari, est grandis importantiae, & tunc dico procedere, quod supra ultimo opposui. Aut est modici momenti, & ut inquit Cuma. eodem fundamento, quo me moui, per contrarium, non est praesumenda ista noticia, quoniam in huiusmodi actibus priuatis, & modici momenti, pauci ex ipsis consiliariis a commoditer accidentibus, adesse solent. Ex quibus expedita sit haec quaestio, nec non, & haec tertia pars principalis, quae ideo in longiorem sermonem non trahitur, quoniam id subiecti ariditas prohibet.

R I T T I I M E R L I I A P O L O G I A
Homalotetica, cum parte de dantibus consilium ad malum.

farin. q. 129 lib 4 tit. 15 à fol. 291.

VENIO ad quartam, & ultimam partem principalem circa dantes consilium ad malum &c. Imprimis quaero, an qui consilium dedit malum ad, si reuocaplo consilium priusquam sequeretur delictum, secuto ex post delicto, teneatur, uel. ne. Prima facie uidetur dicendum quod non, quoniam, quotiescunque res ab uno, esse assumit, si ille unus reuocat, quod concedendo, rei esse praebebat; † reuocatio est huius uirtutis, ut tollat id quod in esse deductum fuerat per Imol. in c. ex literis, in fin. ibi ex reuocatione literarum pendet quorum processus ualeat, de offi. & pote. iudi. deleg. Secundo facit quod dicit Hostien. relatus ab Imol. & secutus in c. ex tuae, ni. ix. de cler. non resi. † uidelicet, quod quoniam gratia licentiae alicui concessae non potest esse sine peccato, ideo ipsemet qui illam dedit poterit reuocare argumento c. si quis presbyterorum, de rebus eccle. non alie. & c. quod quis, 35. q. ix. & intantum locus est tali reuocationi, ut non solum expresse fieri possit, sed etiam tacite, † ut per Math. de Affli. in deci. Rot. Neapo. deci. cclxxxix. nu. xii. qui hoc ibi dicit ex mente scribentium in d. c. ex tuae. Tertio probatur

argumento,

argumento, † q si pro aliquo lata sit sententia, c isq; illam attestatus 4
fuerit iniquam, ex hoc sequitur ut non amplius ipse possit se ex illa
sententia adiuuare ex Abb. in c. cum inter, nu. 8. de re iudi. quod
autem reuocatum non prodest, non debet etiam nocere, l. cum con- 5
trariorum sit eadem disciplina, l. pomponius § sed si is, ff. de procu.
glo. in l. secundum naturam, ff. de reg. iur. Quarto considero,
† q licet is qui dat consilium, largo modo dicatur praestare opem, l. 6
qui seruo § idem pomponius, ff. de fur. tamen stricte non dicitur
dare opem, † sed potius consilium, est quaedam confortatio, ut per 7
Bar. in l. in furti § ope, in fi. ff. de fur. cum ergo consulens reuo-
cat, q dixit, desinit confortatio, seu exhortatio, & sic consilium, io
debet etiam cessare poena, quae imponitur ratione consilii, quoniã
cessante causa, cessat & id quod sequitur ratione causae, d. l. adigere §.
quamuis, ff. de iure patro. Quinto facit textus per argumentum
sumptum a contrario sensu in l. si mandassem, ff. manda. ubi, q si re- 8
uocatum est mandatum ignorante mandatario reuocationem, rema
net obligatus mandans, si executum est mandatum, a contrario, er-
go, soluitur ab obligatione mandans, si de reuocatione mandatarius
ante executionem mandati, noticiam habuisset. Sexto probatur haec
opinio ex textu in l. Neratius § si seruo, ff. de seruo corru. † Vbi li 6
cet ego persuaserim alicui, q corrumpat Chyrographum, si is con-
suetudine peccandi postea, & rationes, & caetera subtraxerit, uel de-
leuerit, non tamen tenetur persuadens, quanto ergo minus debet
teneri, si reuocauit persuasionem, seu consilium. Septimo moueor
ex textu in § interdum, in uers. ope, institu. de obligat. quae ex de
li. Nam ibi dicit imperator, q qui nullam opem dedit furto, sed tã-
tum dedit consilium, † furti non aliter teneri, ex quo loco apparet 10
q consulens etiam sine reuocatione, non tenetur ex delicto quod cõ-
sulit. Octauo facit, quod dicit Ioan. de Imol. in l. si. ut. propona-
tur in fin. ff. de fideiuss. † Vbi uult, q in maleficiis quis non oblige 11
tur, uerbo, uel ratihabitione, sed ex ipso delicto propter ratihabi-
tionem, per tex. in l. si quis uxori § nec cum uerbo, ff. de fur. In
contrarium, q imo teneatur consulens, licet reuocauerit consilium,
si delictum est sequutum, etiam post reuocationem, tenet in ter-
minis Inno. in c. cum audientiam, nu. ii. de homici. Vbi dicit non
satis esse consulenti, q reuocet consilium; † sed etiam illi necesse esse 12
denunciare de cuius morte tractatum est, q sibi caueat, quod dictũ
Innocen. Bartolus sequitur in l. non solum § si mandato, nu. xxii
ff. de iniur. dum reddit rationem, quare consilium non possit re-
uocari Paul. Grilan. in tra. de pen. omnifariam coitus in x. q. num.
xiiii. Ita firmiter tenet, q non sufficiat reuocatio consilii, ut etiam
si uerisimiliter, & probabiliter credat, q consultus amplius non sit
facturus, hoc non satis sit, ut consulens euitet poenas, sed ei necesse
esse, etiam hoc casu denunciare illi, qui ex consilio ueniebat offendẽ

dus, uerùm licet ego hanc opinionem Innocentii ueram existimem,
tamen conclusionem Pauli Grilande non ita indistinctam teneo, cum
ipse ad hoc nihil aliud alleget, nisi Inno. decisionem in d. c. audien
tiam, sed Inno. ibi expressè dicit consulentem non teneri, etiam si
non denuntiauit ei, qui ueniebat offendendus, ꝙ sibi caueret, dum-
modo firmiter, & probabiliter crederet, ꝙ post reuocationem con
silii, reuocetur ille, cui consultum est homicidium, à proposito oc-
cidendi, quæ uerba de directo sunt contra id, quod dicit Grila. cuius
Grilandi, in hoc opinione reiecta, firmari potest conclusio, ꝙ con-
sulens, qui reuocauit, tenetur etiam post reuocationem, nisi denun
tiauit ei, qui erat offendendus, uel nisi firmiter crederet, etiam sine
tali denuntiatione, ꝙ post reuocationem consultus, esset remotus
à proposito. Aliud addo quod denuntiandum non est ita simplici-
ter, etiam quòd quis firmiter non credat consultum remotum esse à
13 proposito, † quando periculum esset in testificando rem ei, de cuius
damno tractabatur, quoniam tunc benè talis est aduertendus, sed
illi non est nominanda persona, qui illum erat offensurus ita decidit
Bald. in. l. mandatum, col. fin. uers. Sed hic incidenter quæro, C.
manda. In huiusc͂ simili, ꝙ non sufficiat simplex reuocatio eius, ꝙ
iam per consilium erat impressum, facit quod dicit Bal. in cons. lxxix.
14 in fin. ili. uol. Vbi dicit, † ꝙ confessio facta in iudicio, non reuo-
catur per id quod dicitur extra iudiciũ, inferens ex his quæ allegat
ꝙ quæ dicuntur extra iudicium, potius dicantur gratia euitande pœ
15 næ, quàm ueritatis dicende †, quæ ueritas coram iudice in publico
examine facilius apparere creditur. l. ii. C. de custo. re. & per
Hipp. de Mar. in §. restat, num. 16. ita hic qui reuocat consilium, cre
ditur potius facere gratia euitande pœnæ, quàm, ut ne delictũ sequa-
tur. Non obstant superius opposita. Ad primum dico, quod ibi, ꝙ erat
fiendum, omnino dependebat à reuocante, nimirum si per eius re
uocationem tollitur, sed hic, ꝙ erat fiendum dependebat tam à cõ-
sulente, quàm à consulto, à primo respectu modi, & uiæ, quæ pro-
cedebat ab eius admonitione, à secundo, respectu executionis, quæ
executio per reuocationem eius, quod erat admonitum, seu consul
tum, non tollebatur, ex quo non poterat fieri, ꝙ id dictum non
fuisset, quod dictum erat, cum nescit uox emissa reuerti. Ad secun-
dum dico, ꝙ hic consultus poterat exequi consilium, etiam inuito
consultore, si consultor aliud non faciebat, quàm reuocare consilium,
sed ibi actus non poterat fieri, nisi durante licentia. Meritò cessabat
potestas, interueniente reuocatione dictæ licentiæ. Ad tertium re-
spondeo, ꝙ sumus in re, quæ poterat prodesse, si non reuocabatur,
hic autem sumus in re, quæ nunquam prodesse debebat, sed imo
nocere, item ibi iniquitas dependebat ab alio, quàm à reuocatore, hic
uero secus. Ad quartum dico falsum esse, quod reuocato consilio,
cesset confortatio, seu persuasio, quæ ex consilio originem traxerat

quoniam quod consultus facere intendit, cum sit res quam pro se agit, ex reuocatione consilii non se abstinebit, quoniam iam primo malus est, † & ex consilio tantum est aucta malitia. l. i. §. quod autẽ 16
praetor, uers. non enim. ff. de seruo corr. Vnde iam factus deterior, reuocatio eum non reintegrat in pristinum statum, nec facit, ꝙ modo non sciat, ꝙ iam prius, uel ignorabat, uel ita ad plenum non intelligebat. Ad quintum respondeo iuxtam doctrinam Barto. in d. l. non solum §. si mandato, nu. xxi. ff. manda. ꝙ ibi in quinta oppositione, sumus in re ubi non datum fuit consilium, sed factum mandatum, quod mandatum, ut dicit Bar. in d. nu. xxi. sola uoluntate, & prohibitione mandantis reuocatur, est enim uerisimile, cum gratia mei mandantis facis, quod statim cessabis, cum prohibeo, sed persuasio, & consilium fit gratia tui, unde si ex meo consilio, & ex mea persuasiõe solum haec concepisti rem facere. Non satis est, quod reuocem consilium, sed ꝙ ita tibi persuadeam, ut probabiliter credere debeam, ꝙ te remouerim, quare aperta differentia patet ex his, quae dicit Bart. Inter mandatum, & consilium, & uere maximẽ differunt, quoniam sicut in uno, uidelicet in consilio nõ sufficit expressa reuocatio, in alio, scilicet in mandato, nedum sufficit expressa reuocatio, sed etiam tacita, † cum ex sola amicitia cum 17
eo, quem mandauit occidi, reuocetur mandatum. l. quod si iterũ. ff. de adimen. leg. † dummtamen talis amicitia peruenerit ad noticiã 18
mandatarii, ut per Sali. in d. l. non ideo minus, nu. xiiii. C. de accusa. Non obstat sexta oppositio, quia, ut per Ang. in tracta. de malefi. in glo. in uerb. Sempronium in uersiculo, xx ii. quaero distinguendum, an consultus esset facturus illud alias sine consilio, 19
uel non esset facturus, primo casu, dicit consultorem non teneri, saltẽ poena, qua tenetur consultus, secundo casu tenetur, tenetur tamẽ nisi reuocauit mõ, quo supra dixi. Et aduerti debet, ꝙ, ut ibi declarat Aug. Ar. illa distinctio. An alias esset facturus, † nõ attẽditur, nec curatur, quando sumus solũ in casu, ubi tantum tractatur de puniendo 20
ipso consilio, seu persuasione, sed solum, quando quaeritur de puniendo delicto secuto. Ad septimum respondeo, ꝙ ibi non tenetur furti, quia ut per glosam in d. loco, in uerf. non tenetur, is qui furtum fecit ex consilio, alias erat facturus iuxta distinctionem, quã supra proximẽ retuli. Ad octauum, & ultimo oppositum dico, ꝙ Io. de Imol. loquitur in casu, quando tractaretur non de puniendo consilio, & persuasione, sed ipso delicto, intendens, quod si non se quereretur delictum, ꝙ uerbum non esset puniendum.

SECVNDO quaero, an consulens maleficium puniri debeat, licet consultus, etiam sine consilio, omnino esset facturus. Bart. in d. l. non solum §. si mandato, nu. 16. ff. de iniur. sequens opinionem Din. in c. nullus ex consilio, de reg. iur. in 6. tenet, ꝙ cõ

sulens debeat puniri, non habita ista distinctione, an consultus esset facturus, uel ne. per tex. in. l. i. §. incidit. ff. ad sen. turpi. & per. l. hæc uerba. ff. de adult. Sali. in. l. i. nu. 25. C. de rapt. uirgi. In hoc articulo credit, ꝙ licet consultus esset alias facturus, tamen, ꝙ consulens debeat puniri, mitiori, tamen pœna, quàm puniatur cõsultus, qui fecit delictum, & ibi dicit se credere, ꝙ hæc fuerit mens Dini, Bald. in. l. metum. C. qui met. causa, tenet, ꝙ si ille, qui facit delictum, illud facit nomine suo, hocq; erat facturus, licet sit sibi mandatum, uel dictum, non aliter mandans teneri, sed si fecit nomine mandantis, etiam, ꝙ alias iste delinquens esset facturus, dicit ꝙ mandans tenetur, & allegat tex. in c. cum quis, de sent. excõ. lib. 6. Ang. in trac. de malefi. in uers. Sempronium mandatorem
1 in xxii. q. tenet, † ꝙ benè sit pro eo, qui uult defendere illum qui consuluit delictum, facere articulos, ꝙ is, qui fecit delictum, alias si ne consilio omnino erat facturus, quoniam licet talis consultor ueniat puniendus, leuiter tamen puniri debet, & ibi dicit hoc perpetuo esse notandum. Paulus Gri. in tractatu de pœnis omnifariam coitus in x. q. nu. xii. per ea quæ refert, & non reprobat uidetur sentire non simpliciter, ut Ang. ꝙ consulens sit leuiter puniendus, quando deliquens esset omnino facturus, sed dicit hanc pœnam esse iudicis arbitrariã, ut maior, & minor inferatur, secundũ qualitatẽ facti, & conditionem personæ, ac etiam inspecta magnitudine, & uehementia persuasionis, seu consilii, & dicit, ꝙ existimat, ꝙ Din. fuerit huius intentionis in d. l. nullus ex consilio, unde apparet, ꝙ in hoc articulo satis uariè per scribentes respondetur. Ego nec cum Bartolo, nec cum cæteris per me relatis, aliter, in hac re transeo, sed considero, ꝙ quando delinquens non erat facturus, hoc casu nullus est scribentium qui dubitet, an consulens sit puniendus, sed hoc indistinctè tenent, uidelicet, quod debeat puniri, quæstio igitur reduci, debet præsupposito, ꝙ omnino deliquens esset alias facturus, retẽto merito tali præsupposito, arbitror distinguendum esse. An iste qui dedit consilium, crediderit non facturum delictum, licet facturus esset, is qui deliquit. Aut credidit facturum, uti uerè facturus erat, primo casu, eum puniendum esse dico, secundo casu secus. Hec distinctio elicitur ex uerbis glosæ in d. l. non solum §. si mandato, in uerb. noleti. in uers. sed dic. ff. de iniur. Nec est uerum, ut dicit Bartolus in d. l. si mandato, quod glosa ibi simpliciter uelit, ꝙ non sit fienda distinctio. An alias facturus esset, quia imo, per uerba glosæ inferius posita, patet, ꝙ ipsa ponderat: ut teneatur consulens, ꝙ crediderit consultum, non alias facturum licet facturus esset, & hoc satis consonat, quia cum tractatur de pœna consulentis, non est quærendum, an quis recipit consilium, esset facturus, uel ne sed an iste consulens crediderit eum non esse facturum, & sic eius cõsilio existimauerit eum inducere ad malum, quoniam tunc meritò

erit

erit puniendus, † cum prauitas opinionis sit illa quæ in delictis attenditur, ut est glo. in. l. eum qui§. cum aliquis, in uerb. sciret. ff. eo. tit. quod in dicto loco, uidelicet in§. si mandato, uidetur sentire Albert. dum allegat d. l. eum qui§. cum aliquis, & ut ibi refert, demonstrat ꝙ Dinus fuit huius intentionis, dum dicit Dinus credit ꝙ teneat, inspecto proposito. Nec obstat si dicatur, hic consultus, primo erat facturus, licet consulens crediderit contrarium, quare opinio consulentis non est attendenda, † sed ueritas rei, quia iste erat 3
facturus, l. inter omnes§. recte, ff. de fur. ibi is ergo fur est solus, qui contractauit, quod inuito domino se facere sciuit, & est tex. i §. placuit, insti. de obli. quæ ex deli. & habetur per Bar. in. l. genero, ff. de his qui no. infam. & per Cip. in cons. 7. col. 2. Nam respõdetur, ꝙ quo ad eum qui deliquit bene est attẽdẽda ueritas, nec opinio alterius, siue uera, siue falsa tollit, ꝙ ipse uere non deliquerit, sed quantum ad eum, qui dedit consilium, quæritur an ipse sit puniendus, & hoc casu dico iuxta mentem allegatæ glosæ in§. si mãdato, ꝙ si credidit suo consilio malum inducere, ut uere dicendum est, ꝙ credat quando existimat aliquem non facturum delictum, & ipse eum consulit, ut faciat, ex hoc enim deprehenditur sua mala uoluntas, † quæ potissimẽ in delictis attenditur. l. i. C. de sicca. l. ꝙ 4
reipublicæ, ff. de iniur. & l. qui iniuriæ, ff. de fur. Si uero credidit consulens facturum delictum illum, quẽ consuluit, etiam sine cõsilio suo, tunc talis consulens non debet puniri, quia per suum consilium nihil sequitur, nec respectu executionis rei, quia non est ipse qui delictum faciat, nec respectu mentis siue uoluntatis suæ, quoniã cum credat consultum omnino facturum scit etiam ꝙ suum consiliũ alicuius non est effectus, quare si nec re, nec mente deliquit, non ẽ puniendus, † cum pœna commensurari debeat cum delicto. l. sancimus, C. de pen. l. ex facto§. Iulius longinus, ff. de uulg. & pup. 5
& per Cip. in cons. iiii. uol. iiii. Nec credatur, ꝙ ista distinctio sit contra Bartolum sequentem Dinum, ut supra retuli, uidelicet, ꝙ non sit distinguendum, an alias esset facturus, quia ego ulterius trãsduco quæstionem, & dico posito, quod esset facturus, aut hoc non credidit consulẽs, aut, credidit, & hunc punctũ non tangit Barnec alii sed solum glo. in d§. si mandato, ex cuius autoritate cum rationibus supra assignatis me mioui, tantum hæc opinio est contra Bar. & eũ sequentes, quia ipse simpliciter tenet, ꝙ consulens sit puniendus, ego autem tantũ, quando credidit delinquentem non facturum delictum, nisi ex consilio suo, seu consilio suo interueniente, sed si credidit, secus, quod tamen ultimum credo non procedere nec esse sufficiens ad euitandum pœnam consulenti, quando, licet credidit delinquentem facturum, eius consilium sibi adhibuit, † quod in malo perpetrando fuit potens augere malitiam delinquentis, l. i§. quod 6
autem, uers. non enim. ff. de seruo. corr. per quem textum præ-

cedens opinio mea per argumentum sumptum a contrario sensu optime probari uidetur, quia tunc iure consultus habet seruum pro corrupto, quando de bono fit malus, uel de malo fit deterior, ergo si de malo non fieret deterior, non esset dicendus corruptus, quod probat in terminis textus in §. interdum, uers. certe institu. de oblig. quæ ex deli. iuncta glo. in uerb. non tenetur, quæ ideo sentit ibi consulentem impune procedere, quoniam eius consilio delinquentem non fecit deteriorem ex quo erat alias facturus, summopere enim refert, quod consulens aliquid addat malitiæ consulentis ut teneatur, alias non est proprie consilium, cum, ut per Sali. in. l.
7 i. nu. 22. C. de rapt. uirg. † consiliũ sit quod ex animi prouidentia alicui tribuitur. Sed si quis dubitaret, in casu distinctionis meæ, quomodo consulens credidit delinquentem, alias facturum delictum etiã sine consilio suo. Inter cæteros dico hunc unum esse casum, hoc cre
8 dendi, † quando delinquens, ei, quem ex post offendit ante consilium minatus esset per Bald. in. l. metum, uers. item ista glosa, ff. quod me. cau. Aduertaturq́, dum supra limitaui secundum caput distinctionis meæ, dicendo ꝙ consulens punitur, etiam quod credat delinquentem facturum, quando eius consilio auxit delinquentis malitiam, quod hoc dictum, secundam etiam recipit limitationem, ut uidelicet consulens puniatur, quando lex, uel statutum puniret persuasionem, seu consilium, quia quicquid sit de delicto, hoc non cu-
9 ratur, † sed satis est, ut puniatur consulens, ꝙ consuluerit ex decisis per Sali. in d. l. i. nu. xxiii. de rapt. uirg. ibi dum dicit, & tunc serua legem illam, & iste sint duæ limitationes respectu secundi capitis distinctionis supra factæ, respectu autem primi capitis, quo conclu-
10 si consulentem puniri limita primo, ut hoc non sit uerum, † quando consilium non caderet in delictum per tex. in. l. & eleganter in fi. ff. de dolo, & in. l. ii. in fi. ff. manda. Secunda sit limitatio, ut
11 non puniatur consulens, † quando delictum, de quo datum est consilium, non fuit commissum, & lex extabat, quæ solum puniebat delictum commissum, ita deciditur per Sali. in d. l. i. nu. xxiii. C. de rapt. uirg. ubi licet referat quosdam tenuisse consulentem ex-
12 traordinarie puniri, ipse tamen concludit, † ꝙ nec etiam extra ordinem talis consulens punitur. Tertia sit limitatio, ꝙ licet extra ca-
13 sus proxime præscriptos puniatur consulens, † tamen minori pœna punitur, quam is, qui deliquit, ut per Paul. Gri. in tra. de pœn. omnifa. coitus, in x. q. nu. xii.

TERTIO quæro, an consulens maleficium dicatur delinquenti dare opem, ita ut comprehendatur sub statuto, qui punit opem præstantes, Sali. in d. l. i. nu. xxii. C. de rapt. uirg. An sub hoc nomine præstantis opem comprehendatur consilium, arguit
1 pro utraque parte, & tandem concludit, † ꝙ de generali, & lata si-

gnificatione, qui dat consilium, dicitur opem præbere, & ad hoc mouetur per textum in. l. qui seruo, primo, & secundo responso, ff. de fur. ponderata ibi dictione, quasi, † quæ est nota impropriectatis, l. ii. ff. de usufr. earum rerum, quæ usu consu. & est textus, in, l. hoc colore, ff. de inoffi. test. & ibi Bar. ponderataque dictione uidetur, quæ est eiusdem nature. l. non uidetur, C. de in integ. resti. Paul. Gri. in allegato tra. de pœn. omnifariam coitus, q. x. nu. 8. refert hanc opinionem Sali. & illam simpliciter sequitur. Ego non obstantibus prædictis, teneo, quod proprie, & stricte uerba accipiendo, † dare consilium, sit dare opem per textum ipsummet in d. l. qui seruo §. idem pomponius ait, ff. de fur. ibi enim dicit iurecõsultus, quod si cum rebus aufugerit fugitiuus, posse furti actione sollicitatorem conueniri rerum nomine, quia opem, & consilium contractori tullit, sed quomodo potest quis dici alteri esse sollicitatorem ad eum inducendum, ut aliquid faciat, nisi uerbis uersus eũ directis, illud quod fieri sollicitat, demonstret, si uerbis, ergo consilio, cum ex consilio id proueniat, quod ex uerborum prouidentia alteri tribuitur ut per Sali. in d. l. i. C. de rapt. uirg. & quod hæc nõ sit opinio mei capitis solum, per d. §. idem pomponius, uideatur Bar. in. l. non solum §. si mandato, nu. 17. ff. de iniur. qui similiter per dictum textum dicit, quod dare opem, est præbere consilium. Non obstat primum, & secundum responsum, d. l. qui seruo, quoniam illa dictio, quasi, & dictio, uideatur. non magis est apposita opi, quã sit consilio, & tamen uerum est, quod si persuasum est aliquid, dicitur proprie datum consilium, si ergo non possunt dictæ dictiones importare improprietatem respectu consilii, igitur nec illam importabunt respectu opis, cum duo simul æquiperata equabiliter debeant determinari, l. iam hoc iure, ff. de uulg. pupi. Verum huic opinioni magis obstare uidetur textus in §. interdum, in uers. certe. ff. de obli. quæ ex deli. nas. Vbi dicitur, quod dare opem, non est dare consilium. Sed respondendo dico, quod ego facio differentiam, an quis simplicitur, & non instanter alicui dederit consilium ad malum, uel an tale consilium dedit, † ut possit dici tale consilium fuisse causam 4
proximam, & immediatam delicti secuti, primo casu, dico, quod dare consilium, non est dare opem, & ita procedit tex. in d. §. interdum, quo loco glosa ibi sentit hãc meã distinctionẽ, dũ ibi in uers. Nõ tenetur furti, dicit, cũ alias ẽet facturus, quare demõstrat, quod cõsiliũ nõ fuit cã imediata cũ ille alias esset facturus. Secũdo casu, quando consiliũ est cã proxima delicti, tũc sine dubio dico, quod dare consiliũ, est dare opẽ, quod probatur per tex. in d. l. qui seruo §. idem pomponius, sed posito etiam, quod dare consilium proprie, non ẽet dare opem, tamen crederem, quod qui dedit cõsilium, esset puniendus pœna statuti punientis eos, qui opem dedissent, † quia licet lex pœnalis, & odiosa extra 5
significatum proprium nullatenus extendatur. l. cum quidam. ff.

de lib. & posth. & c. odia, de reg. iur. in 6. tamen ubi extensio tendit ad fauorem reipublicæ, ita debemus ipsam extendere, sicut le
6 gem fauorabilem ex Paul. de cast. in conf. xxiii. col. ii. † cum uero pertineat ad rempublicam, seu ad fauorem reipublicæ puniri delicta. l. si longius. §. si filius, ff. de iudi. & l. congruit, ff. de offi. præsidis, ideo in casu præsenti erit dicendum, quod qui dedit consiliū, habeatur pro dante opem, cum in effectu uideatur maximè cum fumus in consilio, proxima causa delicti, quod tantum peccat, qui dat
7 consilium, quantum ille qui committit delictum. † quia pro committente delictum, ita ut pœna statuti puniri posset habetur is, non solum, qui delictum rè commisit, sed & qui illud fieri fecit ex Bart. in l. quemadmodum, col. penul. C. de agri. & censi. Vlterius dico, quod si extaret statutum, ut hic corrigiæ extat, quod de similibus ad similia procederetur, etiam isto casu dans consilium esset puniendus pœ
8 na statuti punientis dantem opem, † quoniam ubi lex concernit fauorabilem causam, extenditur ad alium casum similem, etiam si ibi sit dictio taxatiua, ita decidit Paul. de castr. in d. conf. xxiii. incipiente uiso puncto, col. ii. quo loco ad propositum eius, quod di
9 xit dicit, † quod omnis lex facta ob publicā utilitatē dicitur fauorabilis, per. l. i. §. fi. C. de cadu. tollen. & per. l. ad instructionē C. de sac. san. ecc.

QVARTO quæro, an quis obligetur ex consilio doloso. Imprimis uidetur, quod non, quoniam obligatio est iuris uinculū, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura. §. i. instit. de obliga. & ita hoc est uerum de ob
1 ligatione, † ut nemo possit uerè dici obligatus ad soluendum, nisi illud ei sit necesse facere. l. debitor, ff. de uerb. signi. Nec etiam huius debitum in alterius creditum, & sic in propriam obligationem irruideretur, quando non tantum perpetua, sed etiam, si temporali exceptione submoueri posset, quoniā primo casu pro creditore
2 non haberetur, † secundo casu non creditor uerè, sed conditionalis diceretur, ut utrunque probat tex. in l. creditor, ff. eod. tit. de
3 uerb. sign. † Illaque obligatio pendentis conditionis facit, ut durante dicto tempore obligatio propriè non reputetur in esse, l. is cui, ff. de actio. & oblig. Sed quomodo dicemus, quod quis obligetur ex consilio fraudulento, siue doloso, si illud consilium potest reuoca
4 re consulens, † & illo reuocato, perinde fit, ac si illud non dedisset ex Inno. in c. ad audientiam, nu. ii. de homi. quod dictum Innocentii refert, & sequitur Bald. & dicit esse menti tenendum in. l. mādatum, in col. fi. uers. sed hic incidenter, C. manda. Secundo fa
5 cit, quoniam consilium licet sit malum, † in dubio tamen præsumitur bonum Bald. in. l. i. in iiii. col. C. de ser. fugi. cui confert, quod dicit Ias. in ead. l. nu. xxxi. ubi declarando doctrinam Bar. in. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit, ff. de aquiren. hære. in illo loco, quā

do loquitur de domino qui recepit iniuriam ab aliquo, & dixit famulo suo. Non reuertaris unquam mihi in domum, nisi sentiam nouum de tali, & famulus occidit iniuriantē, nam Ias. dicit ꝙ licet Bartolus dicat, ꝙ ex illis uerbis puniendus est dominus, hoc tamen tantum procedere quando uerba essent dicta tali famulo, in quo cadere non posset alia uerisimilis interpretatio, quàm homicidii committēdi, sed quando talia uerba, facias, ꝙ sentiam nouum de tali, essent dicta ad personam, in qua posset cadere alius sensus, uult ibi Ias. ꝙ stetur interpretationi domini. Ex dictis igitur per Bald. & Ias. infero, ꝙ cum uerum sit, ꝙ licet uerba dicta in consilium, sonent in malum, at tamen posse, & debere recipere contrariam interpretationem, sequitur ergo, ꝙ licet consilium de se sit malum, tamen per hoc non obligat consultorem. Tertio moueor, quia quando plures sunt obligati sententia absolutoria lata pro uno, alteri eorum non prodest, † nisi 6
quando esset lata super facto, quasi à nemine debitum secus si sit lata super iure, quasi persona unius, non potuerit obligari, ut per Bar. in l. ex duobus, nu. 16. ff. de duobus reis, & tamen habemus secundum Deci. in cons. 8. nu. 6. uol. i. † ꝙ si assessor dedit malū 7
consilium potestati, & potestas sit absolutus, ꝙ & ipse liberatur, ergo sequitur, ꝙ ex illo consilio non erat obligatus, si est uerum, ꝙ dicit Deci. uidelicet, ꝙ lata absolutoria, indistinctè ipse assessor liberatur. Quarto probatur suprascripta sententia ex his quæ dicit Signo. de homo. in cons. cxxxiiii. nu. 5. incip. in quæstione, in uers. præterea, dicit Signo. † ꝙ in delicto, tria sunt opera ex his quæ notantur in. l. sed & partus in §. si. ff. ꝙ met. cau. uidelicet antè malefi- 8
cium, tempore maleficii, & post ipsum maleficium, dicit ergo Signo. ibi, quando datur consilium ad maleficium, si non datur in ipso tempore maleficii, licet detur ad maleficium perpetrandum, propriè non uideri consilium datum, ex cuius dictis manifestè patet, ꝙ consilium, licet sit ad malum tamen non obligat, quoniam illo dato, statim obligaret, & non expectaretur, ꝙ daretur in actu ipsius maleficii. Quinto, & ultimo moueor pro ista parte, quoniam aduerti debet, ꝙ quando aliquis dat consilium ad malum, uel etiam ad bonum, non propterea cogit consultum illud facere, † cum quando cō 9
silium datur offerentis sit tantum arbitrium, c. quisquis, uers. quod præcipitur, xiiii. q. i. † Estꝙ in libertate eius qui suscepit consiliū, 10
etiam aliter, quàm consultus est, facere, c. cum olim, de arbi. & licet fortè, qui dat consilium existimet consultum, prout in consilio admonitus est, facturum, tamen si consultus facit delictum, est ipse qui uerè deliquit habemus autem, † ꝙ in imponenda pœna inspici- 11
tur ueritas, & non opinio, ut per Cip. conf. 7. col. ii. & ꝙ consultus sit is qui uerè facit, & non consulens, est decisum ...

lium fraudulentum ex dicto consilio obligetur, & hoc per textum expressum in,l.consilii,ff.de reg.iur.ibi de dolo competit actio,& ex decisis per Bar.in,l.i.nu.4.C.de ser.fug.Secundo pro ista parte habe-
13 mus etiam textum in terminis in,l.2.ff.ꝙ quisq; iu.ubi dicit, †ꝙ si ius est dictũ,aliter quàm oportuerit, & hoc euenerit imprudentia asses soris,id sibi,& non magistratui debet officere. Tertio probatur hæc opinio ex traditis per Abb.in,c.tua nos.nu.3.de homici. ubi Abbas
14 uult,†ꝙ si doctor dedit consilium per errorem,& per imperitiam,et secuta sit sentẽtia per illud consiliũ,ꝙ tenetur ad satisfactionem illi, contra quem sententia lata fuit,& ibi iura hoc probantia allegat. Superius opposita non obstant,& primo,ꝙ cum mandatum possit reuocari,ideo non uideri,ꝙ obliget, cum non sit necessarium, nam aduerti debet,ꝙ aut nos loquimur,an consilium ex eo solum, ꝙ sit datũ consilium, obliget, uel ideo obliget, quando secutum est delictum, in eo in quo datũ ẽ consiliũ,primo casu,distinguendũ est, an consiliũ de ꝑ se cõsideretur,uel cõsideretur, maleficio secuto,si de ꝑ se consi-
15 deratur,tunc,†quia etiam per se est titulus criminis,ex eo solo, ꝙ datum est consilium,obligatus est consulens ad pœnam,ut per Bart. in l.non solum §.si mandato in ultimis uerbis per tex.in,l.i.§. persuadere.ff.de seru.corru:& per Deci.in d.l.consilii.nu.x.de reg.iu. ubi Bal, Sali.Ang.& alios allegat, si uero consiliũ consideratur maleficio se-
16 cuto,† & tunc seruanda est lex prout est posita,uidelicet ,ꝙ iste consulens puniatur,quando maleficium est secutum,ut per Paul.Gri.in tra. de pen. omnifa.in q.x.nu . x . secundo casu,si quæritur, an consilium obliget,atento ꝙ maleficium sit secutum,erit attendendum, an consultus esset alias facturus , uel non , primo casu consulens obliga-
17 tur ad pœnam, sed leuiorem,quàm consultus, †Secundo casu pariter punitur,ex Din.in reg.Nullus de reg.iur.Ad secundam oppositionẽ respondeo illam procedere,quando uerba consilii sunt talia , ut non sit absonum,nec extra sensum , & proprietatem uerborum consilii sic sumere interpretationem in bonam partem,sicut in malam , nam
18 tunc non est dubium,†ꝙ in bonam partem uerba interpretari debẽt
19 ut per Cip.in cons.xxi.col.6.†& hoc maximè,quãdo ex illa interpretatione excluditur delictum,uel saltem minus includitur , ut per Ias. in cons.188.uol.2.Sed in quæstione proposita præsupponimus uerè
20 constare,ꝙ consilium sit malum,†unde non opus est in re manifesta, quærere interpretationem l.si filii,ff.de usufr.leg.& per Soci. in cõs. 3.col.fi.uol.i.Ad tertiam oppositionẽ dico , ꝙ ideo liberatur assessor, sicut potestas,qui est absolutus,quia non absoluebatur ratione personæ,sed ratione rei,uidelicet cõsilii,ꝙ licet reputatum fuerit malum, à iudice tamen fuit existimatum equum , nimirum si absolutoria in personam unius,prodest alteri,& ꝙ ita intelligendus sit Decius,licet indistinctè loquatur,patet ex his, quæ dicit Bar.in,l.sed si unius.§.ser-
21 uus meus in ultimis uerbis.ff.de iniur.ubi inquit,†ꝙ consulens,& cõ

fultus in maleficio principaliter obligantur, nec unius obligatio accedit alterius obligationi, sed bene factum unius accedit facto alterius, ideo conueniens est, quando iudicatur super facto respectu unius, q iudicium alteri noceat, uel prosit. Ad quartam oppositioné de cóf. Signo. Respondeo, q Signo ibi loquitur in terminis cuiusdam decreti, quod puniebat consilium datum malefactori &c. Quare non est mirum si tale cósilium debet interueniſſe tempore maleficii, præsertim ex his, quæ ibi dicit, cum eſſemus in decreto, cuius uerba strictè ſunt ſumenda Non obſtat quinta oppoſitio, quoniam non punitur conſultor, ut is qui fecit delictum, ſed punitur, ut is qui conſuluit, cum ſuo conſilio, conſulto malitiam auxiſſe uideatur. l. i. § perſuadere uerſ. non enim. ff. de ſeruo. corr. uel ubi non erat intentio delinquendi, illam induxit, † propter quod idem reputatur, ac ſi ipſe delictum 22
commiſiſſet. l. nihil. ff. ad leg. cor. de ſicca. & . l. utrum. ff. ad leg. pompo. de pari.

QVINTO, & ultimo, ultimo dico, quia in hac materia de cóſilio doloſo de pluribus quærere non contingit, quæro, cum ſuperius in proxima præcedenti quæſtione, fuerit dictum, & cóclusum, q ex malo consilio conſulens obligatur, quod non eſt aliud dicere, niſi q per huiuſmodi malum conſilium, debet conſulens puniri, quæ ná debeat eſſe pœna ſic conſulentis. Ego in hac re, & ad qualitatem perſonarum, ac rei & ad iuris canonici, & ciuilis diſpoſitionem reſpiciendum eſſe cenſeo, ad qualitatem ut ſupra reſpicitur, quia aliquando delictum cenſetur grauius in una perſona, quàm in alia, ut
patet in furto manifeſto, & non manifeſto, † quia furti non manifeſti 1
tenetur conſulens, & faciens poteſt manifeſti, ét teneri, ut eſt textus in. l. is qui opé, ff. de fur. Vnde in faciente, pœna erit ad quadruplũ, &
in cóſulẽte ad duplũ, † cũ actio furti ad pœnæ perſecutioné, uel duplũ 2
uel quadruplum comprehendat § fi. inſti. de obli. quæ ex qua. deli. du-
pliq́ pœna pertinet ad non manifeſtũ, † & quadrupli, pertinet ad ma- 3
nifeſtum, ut eſt textus n § quadrupli, & ibi doc. inſtitut. de actio. Nec huic obſtat, quod dicit tex. in § interdum. in uerſ. certè. inſtit. de obli. quæ ex qua. deli. Vbi imperator inquit, q qui conſilium dedit ad furtum, furti non tenetur, quia ut ibi declarat gloſa in uerbo. Non tenetur, id procedit, quando datum fuiſſet conſilium furti faciendi, illi, qui, & ſine conſilio furtum erat facturus, de qua re, uidelicet de eo, qui erat alias facturus, uel non facturus, ſupra loquutus ſum, unde hic illud membrum non repeto. Item aliquando reſpicitur ad qualitatem, non reſpectu delicti, ſed reſpectu perſonarum delinquentium, & hoc, uel ex cauſa coniunctionis ſanguinis, ſeu ſubiectionis, uel ex

ſtatuere,neceſſe non habet aduerſus eum litigare.l.ſerui,& filii . ff.de
5 fur,†imo etiam reſpectu ſerui nulla inter eum, & dominum obliga-
tio naſci poteſt §.si ſeruus domino,inſti.de noxa actio. Verum reſpe
6 ctu filii,† si eſt emancipatus,tám criminales,quàm pecuniariæ cauſæ
inter patrem,& ipſum cadere poſſunt,ut per glo.in.l . congruentius,
in uerſ.pecuniarius.C.de patr.poteſta.Sed ſi non ſit emancipatus, ſed
7 in patris poteſtate conſtitutus,† inter eos nulla poteſt lis oriri . l.lis .
8 nulla.ff.de iudi,† niſi tamen reſpectu caſtrenſis peculii.l . si quis uxo-
9 r.§.si ſeruus tuus.ff.de fur.†item niſi petantur alimenta.l.si quis à li-
10 beris.ff.de libe.agno,†Item nisi in caſu patris diſsipantis fideicõmiſ-
ſum filio,cum exiſſet paternam poteſtatem reſtituendum.l . impera-
tor.ff.ad treb.Item nisi in quatuor casibus enumeratis per glo.in.§.fi.
in uerb.penè,inſti.quibus mo.iuſ.pa.po.ſol . exceptis enim his casi-
bus,inter patrẽ,& filium non cadit obligatio,ita ꝙ locus sit conuen-
11 tioni,†si igitur talibus perſonis,aliquis dederit consilium,ꝙ furtum
patri,uel domino facerent,& si ipsi non poſsint conueniri actione
furti,poterit tamen conueniri conſulens.l.qui ſeruo §.item placuit.ff.
12 de fur.Ex cauſa uerò affinitatis idem eſt,quoniam,†& ſi inter maritũ
& uxorem non ſit locus actiõi furti,maximè reſpectu pœnæ.l.diuor
tii iuncta glo.in uerb.neque pœnalis.C.rerum amo.tamẽ conſulens
uxori furtum,actionè furti tenetur.d.l.qui ſeruo §.item placuit . Ali-
quando reſpicitur ad qualitatem,non reſpectu delicti , nec reſpectu
perſonarum,ſed reſpectu legis,uel cõmunis,uel municipalis , cui for-
tè in una conditione perſonarum uiſum ſibi fuit pœnam duplicare,
ut puta,ꝙ nobilis delinquens dupliciter ex delicto sit puniẽdus , tũc
ergo si faciens sit nobilis,& ſi ipſe punietur dupliciter, non tamẽ ita
punietur, conſulens,ut per Sali.in.l.raptoribus.nu.24 . C . de rapto.
uirgi.ubi dat exemplum in ſtatuto Peruſino,quod àtè dominiũ ma-
tris eccleſiæ , nobiles ex delicto dupliciter puniri ſtatuerat, in hocq;
etiam de pœna imponenda,quando qualitas aliqua eſt conſiderabi-
lis . Aduertendum eſt , quod aut qualitas concurrens in principali
13 minuit pœnam,aut illam auget,† ſi minuit,propter hoc tamen nun-
quam minuitur in conſulente,ut per Bar.in d.l.i.qui ſeruo §. item pla
cuit.nu.2.Si uero pœna augetur ratione qualitatis,uel qualitas ſuper
uenit ex poſtfacto,ut puta deprehenſio, uel cõtumacia delinquentis
14 inquiſiti,†& tunc augumentum pœnæ non debet habere locum in
perſonam illius, ex cuius perſona non contigit iſta qualitas ſuper-
ueniens,ſiue fuerit conſulens,ſiue perſona principalis,ex Bar.in. l . is
15 qui opem.in uerſ.pro cuius declaratione.ff.de fur.†Si autem qualitas
ineſt à principio,huiusq; qualitatis habuerint noticiam cõſulentes,e-
tiam si ipsi,quando de ſe delictum perpetraſſent,minori pœna,quàm
is,quem conſuluerunt,punirentur , hoc caſu tamen eadem pœna de-
bent puniri,l.utrum.ff.ad leg.pomp. de parri . Sed ſi qualitas non in-
eſt à principio,nec etiam ſuperueniat ex cauſa delinquẽtis inquiſiti,
ſed

ſed potius ab extra,puta ratiõe loci,uel temporis,uel perſonæ in quẽ cõmittitur delictum,tunc,uel lex punit consilium,ut consilium tãtũ, & eo caſu,qualitas reſpectu pœnæ non curatur,† quia ex ipſo tẽpore 16
dati consilii obligatus eſt conſulens ad pœnã,ut per Bar.in.l.nõ ſolũ §.ſi mandato.in fi.ff.de in iur.Si uero per legem consideratur consilium,delicto ſecuto,†tunc qualitas ſuperueniẽs,ex cuius reſpectu pœ 17
na recipit terminationem,conſulenti nocet,& perinde eſt,ac si illo tẽpore conſuluiſſet.l.ſi quis uxori.§.neque uerbo.ff.de fur. quod ſentit Bar.in d.l.is qui opem.in uerſ. Exemplum ego præſtiti. Aut iſta qualitas non conſideratur,ut ſuperueniens ex cauſa deliquentis, nec ut exiſtens ab initio, nec etiam ut interueniens cauſa,uel loci, uel tẽporis,uel perſonæ in quem committitur delictum, ſed potius ratiõe damni,quod ſequitur ex consilio dato,ut puta in doctore,qui per imperitiam conſuluiſſet consilium iniquum,& tunc,uel non eſt ſecuta ſententia in re,in qua datum eſt conſilium,uel eſt ſecuta, primo caſu, non punitur in aliquo. Secundo caſu,†pœna eius eſt,ut teneatur ad ſa 18
tisfactionem pro damno illi, contra quem lata fuit ſentẽtia ex Abb. in.c.tua nos.nu.3.de homici.quod tamen nonnulli,in d.c.tua nos.indiſtinctè non procedere dixerunt,ſed tunc tantum,quando qui iudicauit,tenebatur ſequi consilium,alias ſecus,†quæ diſtinctio non reci 19
pitur,per Decium in reg.consilii,nu.3.de reg.iu.quando ille, qui iudicauit motus sit ex consilio,alias non facturus, cuius Decii opinio uerior uidetur ex his quæ dixi in precedenti quæſtione, quãdo quis obligetur ex consilio &c.& in hac materia,ſatis eſt aduertendum ad iſtã diſtinctionẽ,in quolibet caſu,uidelicet ã datũ fuerit cõsiliũ ei,qui nõ erat facturus, uel illi,qui alias erat facturus,quoniã ſcdm cõem opinionem ſic atteſtatã,per Alberi.in.l.ob hæc uerba.in fin.ff.de infã. quando datum eſt consiliũ non facturo,conſulens tenetur,& intellige,ꝙ tenetur ſicut tenetur faciens,niſi tamen in caſu qualitatum in altero eorum concurrentium iuxta diſtinctionem ſupra per me factam,ſed ſi datum ſit consilium facturo,an teneatur conſulens,uel nõ teneatur Alberi. in d.l.ob hæc uerba, hoc non dicit imo potius ſentit,quod non teneatur.Sed ꝙ,&ipſe,ſic conſulens facturum,teneatur probat textus in.l.i.§.perſuadere.ff.de ſeruo.corru.ibi ſiue malum fecerit deteriorem,† nota tamen ꝙ licet teneatur,nihilominus non te 20
netur,sicut faciens,ſeu qui conſultus fuit,per textum,in. c. sicut dignum,in.§.qui uero.de homi.ibi dum dicit Papa,non ita ſeuere ſunt puniendi,unde dicas uerum eſſe,ꝙ non tenetur conſulens, sicut conſultus,quando conſultus alias erat facturus, & hæc eſt etiam communis opinio, ut per Feli. in d. c.sicut dignum. nu. 7. Sed tenetur tamen iſte conſulens,inquantum ꝙ punitur,ſed mitiori pœna,per tex. In d.c.sicut & iuxta nota Io. And in reg. Nullus ex cõsilio

tis leuiori esset puniendus, per Roch. de cur. in repe. c. fi. col. 2. de con
22 sue. † Verum, & hac mitiori pœna consulens, ut supra non etiam esset puniendus, quando contingeret delictum factum fuisse in atrocissimis, ut per Feli. in d. c. sicut dignum. 4. col. uers. fallit primo quo loco idem dicit esse, quando statutum diceret, ꝙ nullus alius puniretur, nisi faciens, uel delinquens puniretur pœna quadrupli, ut ego supra tetigi, eodemq; modo intelligendum est in delicto commisso, consilio alterius, ꝙ delictum non punitur pœna mortis, sed leuiori, ut scilicet secundum qualitates, de quibus supra in consulente, quandoque pœna sit eadem, quandoque sit minor. Aduerti tamē debet hoc casu ius ciuile, & canonicum differre, ut puta si essemus in occupationibus bonorum, uel uasto dato per plures quorum alii opera, alii consilio
23 ad id interuenissent, † nam cum consilium dantes, non possint conueniri interdicto unde ui, uel ui bonorū rapt. ut per Inno. in d. c. sicut, in
24 uers. occupauerint, † poterunt tamen conueniri in defectum principalis, actione de dolo, quando uidelicet principalis non reperitur, uel quia nō ē soluendo, uel si ex aliqua iusta causa non uult passus damnū contra principalem agere, forte, quia sit terribilis persona, uel nimiū potens, ut per Abb. in. d. c. sicut. nu. 15. Quo loco dicit in foro canonico, omnino agi posse contra eum, qui dedit consilium, ad rei restitutionem, & ad satisfaciendum integre damnum passo, siue principalis reperiatur, siue non, siue iniusta, siue iusta causa noluit agere contra
25 principalem. Ibiq; Abbas reddit rationē diuersitatis, uidelicet. † quia in foro animæ non curamus de stricto modo intentandi actionem, sed attenditur ipsum factum purum, unde ex quo consulens causam damni dedit, tenetur ad emendam damni, quod pro praticabili, & quottidiano aduertit Abbas teneri, & licet Abbas, & Inno. in exemplo posito, de iure ciuili decidant non posse agi contra eum, cuius cōsilio bona sunt occupata, nisi concurrentibus causis, de quibus supra præsertim ea ratione, quoniam consulens non tenetur interdicto, un
26 de ui, nec ui bonorum rapt. Notari tamen debet, ꝙ in aliis casibus, † si quis, alicuius consilio per alterum fuisset damnificatus contra talem consulentem, ei competeret actio de dolo. l. ꝙ si cum scires. ff. de dolo, oporteret tamen, ut hæc actio de dolo competeret, damnum fuis-
27 se datum, nedum culpa consultoris, uerùm, & damnificantis, † alias nō actio de dolo, sed in factum competeret per tex. in. l. si is qui §. si tu ciium. ff. de furt. quod sentit glo. in d. l. ꝙ si cum scires, ibi in uerb. de dolo. Non prætermitto etiam cum proximè supra ius ciuile, & canonicum differre dixi, & aduertendum esse respectu personarum, suos proprios, quibus contingat delicti fuisse consultores, aliter quàm ius ciuile, ius canonicum punire, nam si clericus consuluit homicidium, efficitur irregularis, ita ut ab altaris ministerio deponatur, nec in ecclesia ullo unquam tempore lectiones legere sibi est permissum, uel responsoria in choro separatim cātare, imo in claustro districto monachorum

nachorum,uel canonicorum,si fieri potest,est recludendus.†ita ut uſ- 28
que ad ſeptennium,uel quinquenium ſaltem ab eccleſiarum introitu
coerceatur,d.c.ſicut §.clericos autem,†ſolumq; talis clericus in fine 29
uitæ ſuæ laicam communionem recipere poteſt.c.ſi quis uiduam,di-
ſtin.quinquageſima.Nec tantum efficitur irregularis clericus, ſi ho-
micidium conſulat, † uerùm,& ſi conſultor fuerit de re in qua in- 30
teruenerit membri diminutio.c.ii.iuncto.c.i.de cler.pugn.ſicq; faci-
liter clericus in prædictam irregularitatem cadit,ut non ſolum hoc ſi-
bi interueniat,quando homicidium directè conſuluit, † ſed etiam ſi 31
per indirectum,ut ſi ſuaſit iactum machinæ,uel baliſtæ, uel aliud illi-
citum opus,ex quo mors,licet caſu euenerit,ſequatur ex Inno.in.c.ad
audientiam.col.i.de homici. Non tamen ſemper quando mors ſequi-
tur ex eo,quod eſt conſultum,conſultor in irregularitatem incidit,
†ut puta ſi conſuluit,q; quis ſe morti exponat pro fide chriſtiana,om- 32
ni timore,&.c. hortatu,23.q.8. & hoc idem procedit in ſimilibus ca-
ſibus,uidelicet quando datum eſt conſilium,q; capiatur maleficus,uel
q; quis pugnet pro patria,& alia huiuſmodi,ut per Abb.in.d.c. ad au-
dientiam,nu.5.†Imo & ſi conſilium non ſit pro re laudabili, ſed tamē 33
non illicita,etiam q; ſequeretur mors,ex hoc non efficitur irregula-
ris clericus.c.lator,& ibi Inno.eod.tit.de homici.†ſecus tamen eſſet, 34
quando hoc caſu illi culpa poſſet imputari,ut quia conſuluiſſet tene-
ri canem ferocem ſolutum,culpa eſt enim in hoc,quia conſulit rē pe-
riculum uerifimiliter continentem,nimirum ſi irregularis debet fie-
ri arg.l.ii.ff.ſi quad.pau.ſe.dica.q; ,& Abb. dicit in loco allegato.Præ-
cipueq; ſemper aduertatur in terminis huius quæſtionis,†q; quando 35
tali conſulenti ſpecialis eſt pœna impoſita,illa ſeruari,& attendi de-
bet.l.i.§.qui pucro.ff.de extra.cri. Sed ſi non eſt ſpecialis pœna im-
poſita,†tunc puniri debet conſulens ſicut faciens.l.utrum.ff. ad legē 36
pomp.de parr.&.l.nihil.ff.ad leg.Cor.de ſicca.& hoc eſt uerum quā
do lex ſimpliciter imponit pœnam,habita tamen,quo ad pœnam, ra-
tione qualitatum,& iuris,ſicut ſupra declaraui.Sed ſi pœnam impo-
neret lex facto ſecuto,ſi factum non eſt ſecutum, nec ordinariè, nec
extraordinariè punitur conſultor.l.item apud labeonem §.cui non ſi
ne:iuncta glo.in uerb.ſi curauerit.ff.de iniu.& hoc de facto non ſe-
cuto,non etiam ſic,ut ſupra indiſtinctè procedit,ſed aduertere debe-
mus,an qui non perfecit actum,peruenerit tamen ad proximum co-
natum,quoniam tunc,ſi ſumus in atrocioribus,punitur cōſulens pœ
na capitali.l.unica §.pœnas,uerſ.cæteros,iuncto §.ne igitur,uerſ.& ad-
huc flagranti crimine.C.de rapt.uirg.†Si uero non ſumus in caſibus 37
in quibus conatus non punitur in facientem tunc, nec etiam puniri
debet conſulens,ut per Sali.in d.l.unica.nu.23. Et de hac parte hacte-
nus,cū eiuſq; partis fine,ſit hoc opus explicitum,q; nō quemadmo-

uit,quia licet in rei iudicandæ officio datos collegas, ad sui, honorisq́ mei tutelam,digniorẽ librum scripturos,non dubitauerim,hoc tamen,ut rem notam,facere,fortè reputantes,ab his fieri minimè uidi,quare tãdem me duo præcipuè ad hoc traxere. Vnum fuit,quoniã collegæ ipsi,contrarium eius,quod deinde iudicatũ est,publicè multis rationibus,& quidem elegantissimus, erga me,semper unius sensus,disputarunt,nec tamen ex post eos pœnituit mecum concordes fieri,affirmantes se,pœnam Furnarii,legibus precisè statutam non esse,sed iudicis futuram arbitrariam existimare,ideoq́ ad pœnam mortis arbitrium trahendum disputasse,sed tamen,rationibus per me in Apologia allegatis,ut in benigniorem partẽ,secus iudicasse. Ego igitur,hos palam,sic piè,& iustè recedere cernens ab eo,quod palam prius dixerunt,ut de bono in melius consilium eligere uolentes, uiros probatissime conscientiæ putaui,illisq́,ut meæ opinioni inhærentibus,me multa obligatione teneri,nec his de eo gratias magis debitas agere posse,quàm huius per eos secute opinionis, rationes, sicut feci,imprimendas tradere. Alterum fuit, quo ad operis impressionẽ hortarer,quia illos,quorum tunc ordinibus Reipublicæ Genuæ status tractabatur,ut legalis disciplinæ expertes, iudicium meum,nõ rectum fuisse credere cẽsui,sed cum modo,re,medio impressionis, sub oculis omnium deducta,a pluribus, qui huius scientiam possident, certiores integritatis iustitiæ animi mei reddi poterunt, non tãtum præteriti honoris illos me indignum habituros, sed imo in posterũ maioris cõferendi,meritũ existimaturos,sperare posse credidi. Finis.

L A V S D E O.

Errores impressionis,ut fortè,quia aliquãdo punctus,uel accẽtus,nõ sit positus,ac alii errores leuis momenti, qui tamẽ raro cõtingerũt,& id quia nõ semper corrector operi interesse potuit,hic aliter non annotantur,sed tantum pro annotato habeatur. Ibi pagina.V.in uerbo.Sequitur Apologia,dicas,Sequitur Index Apologiæ.Item ibi,pagina.XVI.in secunda facie,in uerb.pariter mihi uidetur.Habeas illa uerba pro distinctis a præcedentibus, & reputentur posita per modum principii illius tertii capitis. Itẽ aduertatur,q aliquando tituli particulares,in margine suprasignati fuere,ulterius,quàm subiectum rei pateretur.

R E G E S T V M.

✠ † ✠. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X duerniones,præter ✠ X. simplices.